ex libris Ioannis Wickham Legg

in festo Pentecost. 1912

SANCTI BENEDICTI REGULA MONACHORUM

EDITIONEM CRITICO-PRACTICAM

ADORNAVIT

D. CUTHBERTUS BUTLER

ABBAS MONASTERII S. GREGORII MAGNI DE DOWNSIDE

FRIBURGI BRISGOVIAE MCMXII

B. HERDER

TYPOGRAPHUS EDITOR PONTIFICIUS

ARGENTORATI, BEROLINI, CAROLSRUHAE, MONACHII, VINDOBONAE,

LONDINI BRITANNIAE, S. LUDOVICI AMERICAE

Imprimatur

Friburgi Brisgoviae, die 4 Martii 1912

✠ **Thomas,** Archiepps

Omnia iura reservantur

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae

RR · DD

AMBROSIO · AMELLI

ABBATI · S · MARIAE · FLORENTINAE

MONACHO · CASINENSI

AMICO

Ac: 4626

PROOEMIUM.

Sciscitanti quisnam hic in lucem prodeat Benedictinae Regulae textus, respondemus ipsummet Benedicti; cum textus noster et ex optimis codicibus sit haustus, atque ad artis criticae leges exactissimo iudicio examinatus, nihilque habeat in quo ab ipsius Benedicti verbis discrepet, si quaedam inculta ac minus Latine dicta excipias, quae ad monachorum commodum, sive in choro, sive in capitulo, sive in cella legentium, duximus castiganda. Unde et editionem nostram «critico-practicam» vocavimus.

De textus historia eiusque traditione satis in PROLEGOMENIS disseretur: quod vero a nullo hucusque praestitum fuisse arbitramur, FONTES, ex quibus Benedictus nonnulla in suam Regulam deduxit, licet haud omnino ex nostra sententia, pro viribus tamen, indicavimus. In hac parte adstruenda aliena ope usi sumus, tum monachorum tum monacharum: ex quibus grato animo

commemorare libet RR. DD. Ioannem de Puniet, abbatem S. Pauli de Wisque, D. Matthaeum Rothenhäusler, monachum S. Iosephi in Westphalia, amicumque desideratissimum Odilonem Rottmanner, monachum S. Bonifacii Monacensis, qui inter vivos degens quos ipse paraverat commentarios de locis Augustinianis a Benedicto mutuatis, nobis impertivit. Praecipuae vero debentur gratiae doctissimo viro Heriberto Plenkers, cuius potissimum liberalitate factum est ut ad hoc opus aggrediendum fidentius accingeremur. Is enim ad textum exarandum apparatumque instruendum, collationes codicum, quas ipse ad editionem suam congesserat, benigne nobis commodavit: quae editio, philologicis disciplinis apprime consentanea, in illo opere prodibit cui nomen «Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum». Amicis denique qui nobis in Prolegomenis Latine vertendis attulerunt opem, grates ex imo corde rependimus.

In INDICIBUS concinnandis in id praesertim intendimus animum ut hi legentium utilitati inservirent, nec tam philologis consuluimus quam monachis; quamobrem tum hos Indices, tum maxime MEDULLAM DOCTRINAE

non levi adiumento iis omnibus fore confidimus, qui Benedicti animum doctrinamque explorare cupiunt. Quos autem philologia delectat, ad Woelfflinianam editionem recurrere oportebit, donec emittatur Plenkeriana.

CUTHBERTUS BUTLER
Downside Abbey, Bath, England.

ELENCHUS RERUM.

Pag.

PROOEMIUM v

PROLEGOMENA

A. DE TRADITIONE TEXTUS IX

B. DE RATIONE HUIUS EDITIONIS . . . XXI

REGULA CUM FONTIBUS 1

TABULA SIGLORUM 126

LECTIONES SELECTAE 127

MEDULLA DOCTRINAE S. BENEDICTI . . . 147

I. DE VITA SPIRITALI MONACHORUM . . 149

II. DE VITA COMMUNI ET GUBERNATIONE MONASTERII 156

III. SUMMA DOCTRINAE 168

INDEX

LOCORUM S. SCRIPTURAE 173

SCRIPTORUM 176

VERBORUM 181

RERUM 199

(LITURGICA) 203

CAPITULORUM REGULAE 209

ADDENDA ET CORRIGENDA 212

PROLEGOMENA.

A. DE TRADITIONE TEXTUS.

Codices Regulae Benedictinae qui saeculo IX circumferebantur, ad tres potissimum classes seu typos revocari possunt:

I. Eos qui textum exhibebant derivatum a codice pervetusto id temporis apud coenobium Montis Casini servato:

II. Eos qui textum continebant saeculis VII et VIII longe lateque per omnes Europae occidentalis plagas divulgatum:

III. Aliosque eos textum habentes qui correctionibus librariorum obnoxius fuerat: hic textus, cum in usum magis magisque semper veniret, ita ut temporibus recentioribus fere solus in editionibus prelo impressis prodierit, quippe qui iam in codicibus saeculorum X, XI, XII plerumque inveniatur, vocari potest «Textus Receptus».

De his rebus optime disseruit vir doctissimus Ludovicus Traube: sed hic etiam pauca dixisse iuvabit [1].

[1] Elenchus operum quaestionem tractantium:

Edmundus Schmidt O. S. B, Regula S. P. Benedicti iuxta antiquissimos codices recognita (Ratisbonae 1880). Plurima etiam scripsit de S. Regula in ephemeride «Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner- und dem Cistercienser-Orden» ab an. 1880 usque hodie.

Eduardus Wölfflin, Benedicti Regula Monachorum (Lipsiae 1895).

Ludovicus Traube, Textgeschichte der Regula S. Benedicti (Monaci 1898; editio 2ª, ab H. Plenkers revisa, ibid. 1910).

I. Autographum Casinense et codices ab eo derivati.

a) Traditio Carolingiana.

Altero saeculi VIII dimidio, in monasterio Montis
Ω Casini, Benedictinae Regulae servabatur codex Ω, qui putabatur ipsius Benedicti chirographo esse scriptus. Theodemarus, abbas Casinensis, exemplum ex eo descriptum ad Carolum Magnum a. 787 mittens, ita scribit: «Iuxta praeceptionem vestram en vobis regulam beati patris de ipso codice, quem ille suis sanctis manibus exaravit, transscriptam direximus.» [1] Ab hoc
Ψ exemplari Ψ profecta sunt illa plura, ineunte saeculo IX exarata, ac per imperii Carolingiani monasteria diffusa, quorum hodiedum nonnulla extant, textum huius codicis Ψ exhibentia plus minusve sincerum. Ex his codicibus manu scriptis quatuor praecipui sunt:

A Codex Sangallensis **914**, a monasterio Augiae Divitis profectus, ab ipso codice Ψ primis saeculi IX annis transcriptus; cuius originem indolemque memoriae tradidere duo monachi, ipsius apographi librarii, ita abbati suo rem per epistolam deferentes: «Ecce vobis regulam beati Benedicti, egregii doctoris, . . . direximus, sensibus et sillabis necnon etiam litteris a

---

Germanus Morin O. S. B., Regulae S. Benedicti traditio codicum manu scriptorum Casinensium (Montiscasini 1900).

Heribertus Plenkers, 1. Untersuchungen zur Überlieferungsgeschichte der ältesten lateinischen Mönchsregeln (Monaci 1906); 2. Neuere Arbeiten und Streitfragen über die Benediktinerregel («Zeitschrift für die österr. Gymnasien» 1902, Heft 2).

Cuthbertus Butler O. S. B., 1. The Text of St Benedict's Rule («Downside Review» XVIII, 1899); 2. The Monte Cassino Text of St Benedict's Rule («Journal of Theological Studies» III, 1902); 3. Rule of St Benedict: 3 Notes (ibid. XI, 1910; XII, 1911).

[1] Apud Traube, *op. cit.*[2], 31.

supra dicto patre, ni fallimur, ordinatis minime carentem; quae de illo transscripta est exemplare, quod ex ipso exemplatum est codice, quem beatus pater sacris manibus suis exarare ob multorum sanitatem animarum curavit.»[1] Quibus ex verbis apparet scribas in eo potissimum operam posuisse, ut codicem Ψ quam maxima cura vel in minimis exprimerent. De hoc codice A multa et a Traube et a Plenkers *(opp. citt.)* operose docteque congesta sunt; eiusdem Morin diplomaticam, ut aiunt, editionem, adiectis codicum Casinensium lectionibus, in lucem dedit, tanquam fundamentum operis sui de traditione codicum manu scriptorum Casinensium.

VINDOBONENSIS **2232**, etiam ineunte saeculo IX B scriptus, utque videtur ex ipso Ψ descriptus; ad extremum enim leguntur haec: «(Regulam) hic bene conscriptam et exemplatam habetis per ipsam quam ipse conscripsit beatissimus Benedictus manibus suis.»[2] Et licet paullo negligentior fuisse videatur in transcribendo librarius, non tamen ad grammaticae atque orthographiae leges menda correxit; unde, inter codices qui a Ψ ducunt originem, hic proximum Sangallensi (A) locum iure sibi vindicare videtur. De eo plura habes penes Traube et Plenkers *(opp. citt.)*.

MONACENSIS **28118**, opus illud Benedicti Anianensis C continens quod «Codex Regularum» vocatur. Huius operis exemplum, primo saeculi IX dimidio exaratum, suum nuper fecit Bibliotheca Monacensis, deque eo agit Plenkers *(op. cit.)*. Textus Regulae S. Benedicti, qui in hoc codice Monacensi invenitur, verba codicis Ψ satis bene refert: verum praeterquam quod in multis quae ad grammaticam atque orthographiam pertinent passus est emendationem, id quoque ipsi

---

[1] Apud Traube, *op. cit.*², 32, 90. [2] *Ibid.*, 32.

vitio vertitur quod ex Textu Recepto (III) nonnullas admisit lectiones[1].

Cu In codice Monacensi (C) desunt omnia ab extremo capite LV usque ad caput LXIII medium. Haec tamen lacuna suppleri potest opitulante ipsius C apographo, anno 1471 diligenter scripto, quod hodie in Bibliotheca Ultraiectensi custoditur (cod. 361).

T Monacensis **19408**, ex Monasterio Tegernseensi, ineunte saeculo IX exaratus. Ex textus indole colligunt Traube et Plenkers fuisse eum expressum a codice qui textum formae II (v. Σ, *infra*) referret, diligenter tamen emendato ad normam codicis Ψ.

Animadvertendum autem tres hos codices B C T, quamvis textum codicis Ψ conservarint, haud aeque fideliter eum exhibere ac codicem A: cum corrigendi libidinem non raro arguant et menda grammatica ablata et verborum constructiones immutatae.

Smar Ad idem praeterea genus pertinere dicendus est textus ille a Ψ arcessitus qui apud Smaragdum abbatem reperitur in suo Commentario in Regulam, saeculo IX mediante conscripto, atque una cum Commentario Card. Turrecrematae typis impresso (Coloniae 1575; et in Patr. Lat. 102). Cum vero in hac editione, ipsius Regulae verba Smaragdi adnotationibus praemissa, ad eam textus formam sint redacta quae in Textu Recepto habetur, eas solas lectiones tanquam Smaragdi testimonio roboratas admisimus, quas ex adnotationibus eius legisse eum certo constat.

---

[1] Animadvertendum est editionem «Codicis Regularum» ab Holstenio prolatam, ex imperfecto huius codicis Monacensis manasse exemplo, quod hodie Coloniae Agrippinae servatur. In quo cum desit Regula Benedictina, sequitur ut Regulae huius textus quem Holstenius exhibuit, aliunde sumptus, non sit textus Benedicti Anianensis. De textu Benedictinae Regulae in alio Anianensis opere, «Concordia Regularum», videndus est Plenkers *(op. cit.)*.

b) Traditio Casinensis.

Benedicti codex autographus, ut putabatur, monasterio Montis Casini a Zacharia Papa annum circiter 750 dono datus, paene centum quinquaginta annos ibidem mansit, donec a. 896 igne absumptus est. Quae cum ita sint, dubitari vix potest quin per illud temporis spatium plura ab illo transcripta fuerint exemplaria; imo, cum textus eius tanquam textus Benedicti authenticus haberetur, sequitur ut in usu cotidiano inter monachos Casinenses invaluerit. Unde maxima cum veri similitudine opinari licet traditionem Casinensem textus huius codicis Ω extitisse domesticam, a traditione Carolingiana, quae e Ψ manavit, diversam. Ex iis quae super hac re adnotavimus, «Journal of Theological Studies» (Ian. 1910), conficitur ut non sit cur diffiteamur huius traditionis Casinensis, a Ψ non pendentis, inveniri testem in codice Regulae Casinensi, omnium antiquissimo. Is est

Casinensis **175**, primis saeculi X annis a monacho K Casinensi exaratus, quo tempore Casinenses Capuae exulabant. A Morin describitur *(op. cit.)*. Si totum codicem spectes, fidum in eo reperies de cod. Ω testimonium; quamquam emendata quaedam offendes, et lectiones nonnullas a Textu Recepto inductas.

Plures extant in Casinensi monasterio codices Regulae, domesticam eius loci traditionem prae se ferentes, in quibus textum veterem cernere datur, posterioribus vero gradatim appropinquantem. Ex his codicibus, 179 et 442, saeculo XI scripti, sunt praecipui (cf. Morin, *op. cit.*). De quibus haud vereamur affirmare eos a cod. Ω per alios codices quam per K traxisse originem: id quod de cod. 179 manifeste demonstratur a loco apud Lectiones Selectas, p. 137, memorato; neque alii desunt loci quibus idem confirmari videtur. Cum vero plerumque a cod. K non discrepent nisi ut cum

Textu Recepto conveniant, lectiones eorum proferre supervacaneum est.

X Casinensis **499**, saeculo XIII vel XIV in Italia, ut veri simile videtur, exaratus. De eius origine atque historia pauca omnino comperta habemus. Ad Casinense monasterium, ubi hodie servatur, unde vel quando venerit nescitur; neque ad Casinensium codicum familiam pertinere iudicandus est. Textus eius plane corruptus; id tamen de eo mirum videtur quod quamvis scribas eidem ab erroribus grammaticis expurgando manus admovisse appareat, tamen quasdam lectiones vetustissimorum codicum, et praesertim codicis A, in se retinuit. Pertinere vero eum ad prosapiam codicis Ψ, nihil est quod nos adducat ad credendum: imo ex lectione quae inter Lectiones Selectas, p. 139, affertur, dilucide ostenditur non ipsum X tantum, verum etiam et K cum reliquis codicibus Casinensibus, per aliam lineam quam per Ψ textum ab Ω derivasse. De codice X agit Morin *(op. cit.)*.

Sex hi codices — *scil.* A B C T K X — inter eos sunt praecipui qui textum cod. Ω ad nos prodiderunt.

II. Codices alium typum textus perantiquum continentes.

Alium textus typum habemus in codicibus illis quos omnium novimus esse vetustissimos: sunt autem

O Oxoniensis, *Hatton,* **48** (**93**): Cantuariae saeculo VII exeunte conscriptus.

V Veronensis LII (**50**): saeculo VIII ad finem vergente exaratus, vel ineunte IX, atque ut veri simile videtur, in Burgundia.

S Sangallensis **916**, eodem fere tempore ac V exaratus.

Describuntur a Traube *(op. cit.)*.

Hi tres codices nonnullas textus depravationes inter se habent communes, quibus non obscure

indicatur eos ab uno, eoque propinquo, fonte (σ) manasse [1].

Codex archetypus ex quo originem ducunt hi codices et alii eamdem formam textus exhibentes, denotabatur litterâ Σ a Traube. Textus a Σ profectus maxime Σ omnium, ut demonstravit idem Traube, est divulgatus antequam, Carolo Magno instigante, rei monasticae studia reviviscerent; ipsumque persequi licet saeculis VI, VII, VIII per regiones Italiae, Galliae, Angliae, Germaniae. Unde liquet Σ iam saeculo VI, in quo scripsit S. Benedictus Regulam suam, extitisse. Duplex existere textus genus, Ω scilicet et Σ, in vetustissimis codicibus, primus rescivit D. Edmundus Schmidt, monachus Mettenensis, vir de Regula S. Patris optime meritus; cuius fuit et illa sententia, Benedictum bis suam Regulam edidisse, ita ut primam editionem (Σ) in altera (Ω) recognosceret. Et ad hanc quidem sententiam amplectendam, quippe quae sibi constare videretur, animus nobis primo inclinavit: demum, post multam in textu perpendendo collocatam operam, nequimus quin Traube et Plenkers assensum praebeamus contendentibus textum Σ esse derivatum quendam et secundarium (ut aiunt), in quo primum advertimus id

---

[1] Exempli gratia:

c. IX 13, 14 omittunt O V S verba: «Cantentur. Duo responsoria sine Gloria dicantur.»

c. XI 13, 14 om. O V S (per homoeoteleuton): «legantur . . . post quas.»

c. XLII 7, 8 om. O V S «non autem».

c. XLVIII 30 O V S addunt post «pulsaverit», «Mox ut auditum . . . festinatione curratur»; quae verba ex c. XLIII 1—3 sumuntur.

Quae omnia non sunt lectiones huic textus typo propriae, sed corruptiones ex σ derivatae. Talem etiam esse suspicor omissionem illam in «Prologo», a verbis «Ergo praeparanda sunt» (104) usque ad finem (LECTIONES SELECTAE, p. 128).

studere scribas ut mendose dicta corrigant in primigenio textu, qui in Ω est reponendus.

III. Textus Receptus.

Ex multimodis his corrigendi experimentis prodiit
R ille quem Textum Receptum (R) appellavimus, quemque iam saeculo VIII extitisse probari potest. Aiunt enim in epistola sua qui A confecerunt scribae, se quasdam lectiones in margine posuisse, quas in Ψ non repererint, sed quas «moderni magistri» corrigendo invexerint. Et reapse in margine cod. A plures videbis lectiones quarum nonnullas ad Σ pertinere, maximam vero partem neque ad Ω neque ad Σ pertinere agnosces, sed ad R, qui textus in plurimis posterioribus, etiam saeculi X, codicibus prostat.

Paul Textum Receptum octavo iam saeculo coeptum esse circumferri testis est etiam ille Regulae Commentarius, qui forte omnium est antiquissimus, in quo plures Textus Recepti lectiones afferuntur. Huius Commentarii auctor fuit «Paulus Diaconus», unus atque idem, ut vulgo putatur, ac Paulus ille Warnefridus qui Gesta Langobardorum conscripsit, ac postea circiter a. 790 in monasterio Montis Casini vitam monasticam amplexus est. Ostendit autem Traube plura huic Commentario indicia inesse eiusmodi ut suadeant ipsum in Superiore Italia compositum, non vero in Monte Casino, ideoque priusquam illuc se conferret Paulus. Hic enim, etsi ad lectionem quamdam fulciendam ad «autographum» provocet, lectionesque eiusdem generis in medium proferat, non alio tamen textu quam Recepto usus esse convincitur ex iis quae habes inter LECTIONES SELECTAS [1].

---

[1] *Pauli Warnefridi in S. Regulam Commentarium.* Montis Casini 1880.

Pauli Commentario cognatus, imo magnam partem unus idemque, est ille qui Hildemari vocitatur[1]: quem Hild Pauli Commentario esse posteriorem, ipsique tanquam auctori inniti, argumentis et rationibus docet Traube[2]. Neque nos ab eo dissentimur. Si enim Regulae allati loci qui in his duobus Commentariis inveniuntur, inter se comparentur, videbis textum ab Hildemaro adductum nonnihil plane a Ψ, nonnihil etiam a R, mutuatum esse. Ipse hic Hildemarus idem esse vulgo reputatur ac Francus ille Hildemarus qui saeculo IX fere medio in Italia Superiore degebat: verum de ea re nihil compertum est certo, sicut nec liquet an Paulus Diaconus idem sit ipse ac Paulus Warnefridus.

---

[1] *Expositio Regulae ab Hildemaro tradita.* Ratisbonae 1880.

[2] De duobus hisce Commentariis, deque eorum indole et cognatione, ac praeterea de Commentario Smaragdi (v. *supra*) consulendus Traube, *op. cit.*[2], 37—47, 102—114.

Quae hucusque a nobis de Textus traditione disceptata sunt in subiecto Stemmate summatim coacta conspiciuntur:



Ut patet, minime decernitur in hoc stemmate an cod. Ω fuerit ipsius Benedicti manu conscriptus, neque qua inter se cognatione praecipua textus genera connectantur. Fuisse quidem Ω Benedicti manu scriptum haud dubitanter confessi sunt criticae artis peritissimi viri qui temporibus nostris hanc tractaverunt partem, — Wölfflin, Traube, Plenkers, Amelli, Morin, Chapman. Et ad nostram quidem quod attinet sententiam, in iis quae hucusque scripsimus, assensionem illorum rationibus praebere distulimus, cum non tam pro re certa quam pro coniectura vero simili pugnare nobis viderentur quae ab illis allata sunt. Libet autem paucis exponere quo argumento nitatur Traube (*op. cit.*², 29 93).

Quaeritur an codex ille Casinensis Ω revera fuerit S. Benedicti autographus.

Paulus Warnefridus in «Historia Langobardorum» narrat anno 581 monasterium Montis Casini a Langobardis esse vastatum monachosque Romam confugisse, «codicem sanctae regulae, quam praefatus pater (Benedictus) composuerat, . . . deferentes» (IV 17). Idem monasterium ab eadem historia docemur anno 717 esse a Petronace restitutum, atque «in sequenti tempore» a Zacharia Papa (741—752) accepisse «regulam quam beatus pater Benedictus suis sanctis manibus conscripsit» (VI 40). Hinc duplex eruitur a Traube propositio; nimirum

1. exemplar Romam a. 581 delatum Benedicti autographum fuisse;

2. fuisse praeterea illud ipsum quo Zacharias Papa anno c. 745 Petronacem donavit.

Age vero, ut de *prima* loquamur. Exemplar regulae, Romam a. 581 delatum, fuisse Benedicti autographum, nulla est causa cur negemus; imo credibile id esse autumamus. Sed negamus Paulum suis verbis istud idem enarrasse, cum pronomen illud «quam», quo usus est, non «codicem» verum «regulam» attingat;

neque regulam conscripsisse sed «composuisse» perhibeatur Benedictus. Aliter omnino loquitur idem Paulus Zachariae donum commemorans; ait enim regulam Petronaci ab illo datam, ipsam fuisse «quam beatus pater Benedictus suis sanctis manibus conscripsit»; quae verba codicem autographum aperte sonant. Illa vero verba: «Codex regulae quam praefatus pater composuerat», e contrario nihil aliud sonant nisi «Exemplar Regulae S. Benedicti».

Ad *secundam* haec adnotanda putamus. Si Montis Casini restitutores a. 717 a Laterano monasterio essent profecti, (ibi enim iam ab a. 581 sedem sibi exules monachos Casinenses olim constituisse ex Gregorio M. colligitur, Dial. II 1); sique codicem illum Ω inde secum attulissent, recte procederet demonstratio. Verum utrobique peccat coniectura: certo enim testimonio constat Montis Casini monasterium a monachis Lateranensibus non esse restitutum [1]; atque codex Petronaci a Zacharia Papa fuit dono datus vicesimo quinto confecto anno a monasterio restituto.

Igitur codicem Ω fuisse Benedicti autographum alio argumento conficitur nullo quam quod octavo medio saeculo qui praeerant bibliothecae papali id sibi persuasum haberent. Non tamen inaniter omnino id sibi persuasum fuisse vel hinc fortasse ostenditur, tum quod Ω optimum Regulae textum, quantum quidem nobis innotuit, continuerit, tum quod lectiones ipsius, sicubi discerni restituique possint, verae et authenticae esse videantur.

---

[1] Vide quae scripsit Chapman de restauratione Montis Casini («Revue Bénédictine» 1904).

B. DE RATIONE HUIUS EDITIONIS.

Panditur ad Textum construendum via.

Editoris Regulam denuo recensentis parum interest utrum Ω pro autographo habeatur, an non: hic enim, cum ex omnibus quos compertos habemus, textum plane optimum continuerit, id sedulo agendum editori ut hunc ipsum reducem ac veluti redivivum sistat. Neque difficilem ad id consequendum inveniet viam:

Quatuor enim codicum manu scriptorum ope, videlicet A B C T, fere certo instaurari potest Ψ, ad verba saltem quod spectat ipsa, quamvis adhuc de orthographia dubitari possit. Iam vero ex his codicibus longe ceteris praestat A; qui tamen nonnullis in locis, ut legenti patebit, Ψ minime reddit: reliquum ergo erit ut hisce in locis huius (Ψ) textus ex B C T iterum componatur.

Pro certo haberi potest Ω magna fidelitate a Ψ redditum expressumque fuisse: sed cum librario in codice transcribendo nusquam non adsit errandi facultas, praesto nobis opportune sunt et in K et in Σ, atque, ut credere licet, in X, quaedam ad recte incedendum adiumenta, quorum auxilio recensere possumus textum per Ψ traditum.

De K iam diximus esse vero simile eum prae se ferre quae fuerit domestica Casinensium traditio a Ψ omnino extranea; quamobrem ad duo magno usui est: textum cod. Ψ illustrat, ubi inter se discrepat huius codicis progenies; et saepe argumento est Ω a Ψ accurate reddi. Hinc in pretio sunt habendae genuinae ipsius lectiones, amota quacunque corruptela ex Textu Recepto inducta.

Textus Σ ab alta antiquitate, certe a saeculo VI, repetit originem: quo fit ut viro critico in diiudicandis lectionibus vel maximam afferat utilitatem, quamvis et ipse fuerit, ut aiunt, emendatus et vitiatus. Eum nusquam alibi inveneris rectius expressum quam in O.

Regulae quaedam traduntur.

Iuverit nunc commodas quasdam tradidisse regulas quas in hac editione textus S. Benedicti concinnanda nobis fere plerumque praestituimus.

Quoties A duos, vel unum etiam, e codicibus B C T sibi faventem habet, Ψ fere semper exprimit, ac propterea, ut inferre licet, etiam Ω. Quod si praeterea accesserit auctoritas sive a K sive a Σ repetita, iam omni paene sublato dubio, lectionem Ω habebis. Quod et plerumque contingit; talis enim solet adesse confirmatio lectionibus cod. A, ut eae pro genuinis accipiendae profecto videantur. Quoties vero lectiones quae in A inveniuntur, a textu nostro reiecimus — (sermo est de lectionibus proprie dictis, non vero de re orthographica, nec de barbarismis ac soloecismis illis quos peperit Lingua Vulgaris) — id toties ad imam pagellam indicavimus. Et quamquam nonnullis ex illis quas reiecimus lectionibus tale pondus accederet ut veras illas esse appareret, quoniam tamen liquet e Lingua Vulgari esse exortas, merito, pro proposito nostro, ad calcem paginae remisimus. Aliis, quae in transcribendo librarium arguunt oscitantem, ut puta praetermissa verba a sensu postulata, quaeque in nullo alio codice quam A leguntur, adiecimus illud verbum *(solus)*. Undecim tantum reliquae sunt lectiones codicis A a nobis reiectae, quae cum Textu Recepto conveniunt; nec dubium quin librario, negligentius propter usum ac familiaritatem scribenti, exciderint. In plurimis his A, excepto eo quod a codicibus recentioribus repetitur, nullo gaudet adminiculo. Quae omnia, ut documentis rationibusque firmata esse videas, ad LECTIONES mitteris SELECTAS. Ex reiectis autem undecim codicis A lectionibus, una tantum (LXV 15) esse lectio proprie dicta videtur; ad aliam vero quod spectat (XLVI 6), cum Traube forte in potiori

fuissemus sententia, si lectionem A, quamquam cum Σ consonantem, respuissemus, et lectionem B C T K admisissemus.

In A sive consulendo sive proferendo usi sumus editione a Morin praeparata, qualis a collationibus quas fecit Plenkers prodiit castigata: quae, si minutias excipias quasdam palaeographicas, quas Plenkers commemorat (*op. cit.* pp. 35—37), sex tantum in locis emendatione eget[1]. Eiusdem Plenkers item usi sumus collationibus ad consulendos codices B C T S[2]: ad K collationibus a Morin et a Plenkers factis: ad O collationibus quas pro Plenkers fecit vir doctus, rerum palaeographicarum peritissimus, A. Souter.

In hoc textu comparando illud in animo proposuimus ut verba ipsissima codicis Ω exhiberemus; at vero non ideo a nobis retinenda putavimus quaecunque in orthographiae grammaticaeque leges peccata sunt. Scripsit enim suam Regulam Benedictus plebeia lingua, Latinitate iam cadente inque novas dilabente formas: unde iustas verborum constructiones et concordantias parvi pendere videtur. Ne nimii tamen in castigando essemus, si quae constructiones a lexicis approbatis defendi posse viderentur, illas retinuimus: imo etiam nonnullas quas ut «foedissima anacolutha» carpit Wölfflin, in quibus tamen essent et lectiones certae et perspicuus sensus. In verborum interpunctionibus codici A adhaesimus, licet id aliquando factu facile non fuerit. In orthographia quoque, quoties scriptura

---

[1] Lectiones Selectae ad II 73 IV 45 XLI 8 L 2 LVIII 18 LXVI 3.

[2] Codicem Veronensem (V) Plenkers mense Augusto anni 1911 primum ipse suis oculis perlustravit. Per litteras me certiorem fecit multas huius codicis lectiones haud recte prioribus editionibus esse insertas: unde caute accipiendae sunt eae quae hic proponuntur.

sineret neque obstaret manifestus error, A secuti sumus: unde, exempli gratia, scripturae illae *adm* et *amm*, *conp* et *comp*, *inl* et *ill*, *inp* et *imp*, aliaeque similes nullo delectu apud nos quoque intermiscentur. Quibus curis id a nobis effectum esse arbitramur ut, nisi is fuerit Linguae Vulgaris peritus, nostrum quicunque terat libellum, ineuntis saeculi IX vetustum illum codicem Sangallensem (A) merito se iterum perlegere confidat. Lectiones Textus Recepti quas in «Enchiridion» suum importavit abbas Guéranger, si quando a nostris discordant, ad calcem subiecimus: quod si quis nosse cupierit quas ob causas interdum R in locis insignibus deseratur, ad LECTIONES SELECTAS is recurrat oportebit. Et hic quidem Textus Receptus nostro forte, qui est criticus, videbitur primo adspectu anteponendus: nec mirum, cum Textus Receptus cuiusvis libri idcirco elaboretur, ut sit et sermone politior et planior ad intelligendum. At certe quidem praestat Benedicti discipulos ipsa sui Patris defigere animis dicta, et si quid obscuri vel reconditi habeant, in iis dilucidandis operam solerter collocare, quam ut veterum opinionum commenta, quae ignoti tradiderint scribae, sine ulla investigatione amplectantur.

In Notis criticis
A = cod. Sangallensis 914
R = Textus Receptus.
Pro aliis Siglis v. p. 126.
De Fontibus vide ea quae p. 176 scribuntur.

BENEDICTI REGULA.

INCIPIT PROLOGUS REGULAE MONACHORUM.

Obsculta, o fili, praecepta magistri, et inclina aurem cordis tui et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple; ut ad eum per oboedientiae laborem redeas, a quo per inoboedientiae desidiam recesseras. Ad te ergo nunc mihi sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus, Domino Christo vero Regi militaturus, oboedientiae fortissima atque praeclara arma sumis. 1. ian. 2. maii 1. sept.

1 Prov. IV, 20.

2 Aurem cordis v. *Thes. Linguae Latinae* II, 1508, 19.

4 Obedientiae labor (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum V, XIV, 15).

6 **Nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio** [Psalm. CXL, 2] (HIERON., Ep. XXII, 15).

7 . . . Omnibus propriis renuntiat voluntatibus (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum V, 1, 9).

. . . renuntiet propriis voluntatibus (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 31).

In primis, ut quidquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas: ut, qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare, non debet aliquando de malis actibus nostris contristari; ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est, ut non solum iratus pater suos non aliquando filios exheredet, sed nec ut metuendus dominus, irritatus a malis nostris, ut nequissimos servos perpetuam tradat ad poenam qui eum sequi noluerint ad gloriam.

2. ian. 3. maii 2. sept. Exurgamus ergo tandem aliquando, excitante nos Scriptura ac dicente: Hora est iam nos de somno surgere. Et apertis oculis nostris ad deificum lumen, adtonitis auribus audiamus divina cotidie clamans quid nos admonet vox dicens: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et iterum: Qui habet

23 Rom. XIII, 11. 27 Psalm. XCIV, 8. 29 Matth. XI, 15; Apoc. II, 7.

25 Adtonitis auribus (CURT. VIII, 4, 4; cf. *Thes. Ling. Lat.* II, 1156, 60).

26—50 Audiamus illum . . . docere nos vult. Et quid dicit? Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos. . . . sed sicut ipse dixit in Evangelio: Qui habet aures audiendi audiat. . . . Quis est homo qui vult vitam, et diligit dies videre bonos? Interrogat. Nonne omnis

aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. Et quid dicit? Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendant.

Et quaerens Dominus in multitudine populi cui haec clamat operarium suum, iterum dicit: Quis est homo qui vult vitam, et cupit videre dies bonos? Quod si tu audiens respondeas: Ego; dicit tibi Deus: Si vis habere veram et perpetuam vitam, prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Deverte a malo

3. ian. 4. maii 3. sept.

31 Psalm. XXXIII, 12. 33 Ioan. XII, 35. 38 Psalm. XXXIII, 13. 41 Ibid. 14 15

in vobis respondet: Ego? . . . Quid vis? Vitam et dies bonos. Audi et fac: Contine linguam tuam a malo (AUGUSTIN., Enarr. in Psalm. XXXIII, § 16 17 18). . . . sed ipsum Dominum quaere, et exaudiet te, et adhuc te loquente dicet: Ecce adsum (ibid. § 9).

Sermo divinus . . . clamabat bonis malisque: Quis est homo qui vult vitam? . . . quasi omnes una voce exilistis ad interrogationem hominis Dei dicentes: Ego. Sed qui vult vivere audiat praeceptum . . . Et respondentibus: Ego, subsecutus adiunxit: Et cupit videre dies bonos? . . . Sed audi sequentia: Si vis videre vitam, si vis invenire dies bonos, cohibe linguam tuam a malo (ANONYMUS c. 450—550; *probabiliter vero post S. Benedictum scripsit, v. Morin, Rev. Bén., 1894, pp. 393 399 402.*)

et fac bonum; inquire pacem et sequere eam. Et cum haec feceritis, oculi mei super vos et aures meae ad preces vestras; et antequam me invocetis, dicam vobis: Ecce adsum. Quid dulcius nobis ab hac voce Domini invitantis nos, fratres carissimi? Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vitae.

4. ian.
5. maii
4. sept.

Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris, per ducatum Evangelii pergamus itinera eius, ut mereamur eum qui nos vocavit in regnum suum videre. In cuius regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus curritur minime pervenitur. Sed interrogemus cum propheta Dominum, dicentes ei: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescit in monte sancto tuo? Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum respondentem et ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi, dicens: Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam; qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in lingua sua; qui non fecit proximo suo malum; qui opprobrium non accepit adversus

45 (Psalm. XXXIII, 16.) 47 Is. LVIII, 9; (LXV, 24). 52 (Eph. VI, 14.) 55 1 Thess. II, 12. 59 Psalm. XIV, 1. 64 Ibid. 2 3.

proximum suum. Qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi cum ipsa suasione sua a conspectibus cordis sui respuens, deduxit ad nihilum, et parvulos cogitatus eius tenuit et adlisit ad Christum. Qui timentes Dominum de bona observantia sua non se reddunt elatos, sed ipsa in se bona non a se posse, sed a Domino fieri existimantes, operantem in se Dominum magnificant, illud cum Propheta dicentes: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

70, 72 (Psalm. XIV, 4.) 73 (Psalm. CXXXVI, 9; 1 Cor. X, 4.) 74, 78 (Psalm. XIV, 4.) 79 Psalm. CXIII[b], 1.

---

70 (Christus) diabolum malignum in conspectu suo deduxit ad nihilum (CASSIODOR. in Psalm. XIV).

71—74 Et allidit ad petram. Petra autem, secundum Apostolum, Christus est. In quem beatus est qui filiae Babylonis parvulos, id est, tenera adhuc corporis vitia, allidet et conteret (HILAR., Tract. in Psalm. CXXXVI, 14).

Beatus qui allidet parvulos tuos ad petram. Hoc est, qui infirmas et lubricas cogitationes elidat ad Christum (AMBROS., De paenit. II, 106).

Ille praedicatur beatus, qui, ut coeperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, et allidit ad petram: Petra autem Christus est (HIERON., Ep. XXII, 6; cf. Comm. in Psalm., Anecd. Maredsol. III, 1, 94; 2, 265).

Qui sunt parvuli Babyloniae? Nascentes malae cupiditates. . . . Cum parvula est, elide illam. . . . ad petram elide: Petra autem erat Christus (AUGUSTIN., Enarr. in Psalm. CXXXVI, § 21).

(Cf. CASSIAN., Inst. VI, 13).

Sicut nec Paulus Apostolus de praedicatione sua sibi aliquid inputavit dicens: Gratia Dei sum id quod sum; et iterum ipse dicit: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

5. ian. 6. maii 5. sept. Unde et Dominus in Evangelio ait: Qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui aedificavit domum suam super petram: venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit, quia fundata erat super petram. Haec complens Dominus exspectat nos cotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitae dies ad indutias relaxantur, dicente Apostolo: An nescis, quia patientia Dei ad paenitentiam te adducit? Nam pius Dominus dicit: Nolo mortem peccatoris, sed convertatur et vivat.

6. ian. 7. maii 6. sept. Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum: sed si compleamus habitatoris officium! Ergo praeparanda sunt corda et corpora nostra sanctae prae-

104 R . . . officium, erimus heredes regni caelorum. Ergo etc. (LECTIONES SELECTAE in loc.).

82 1 Cor. XV, 10. 84 2 Cor. X, 17. 85 Matth. VII, 24 25. 96 Rom. II, 4. 99 Ezech. XXXIII, 11.

ceptorum oboedientiae militanda; et quod minus habet in nos natura possibile, rogemus Dominum ut gratiae suae iubeat nobis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehennae poenas ad vitam volumus pervenire perpetuam, dum adhuc vacat et in hoc corpore sumus, et haec omnia per hanc lucis viam vacat implere, currendum et agendum est modo quod in perpetuo nobis expediat.

Constituenda est ergo nobis dominici schola servitii. In qua institutione nihil asperum, nihil grave nos constituturos speramus. Sed et si quid paululum restrictius, dictante aequitatis ratione, propter emendationem vitiorum vel conservationem caritatis processerit, non illico pavore perterritus refugias viam salutis, quae non est nisi angusto initio incipienda. Processu vero conversationis et fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei; ut ab ipsius numquam magisterio

7. ian. 8. maii 7. sept.

112 A *om* hanc *(solus)*.

123 (Matth. VII, 14.) 125 (Psalm. CXVIII, 32.)

124 Initium conversationis (*al* conversionis) ac fidei (CASSIAN., Coll. III, 15).

Fratres probatae conversationis et fidei (Reg. Pachomii 190).

discedentes, in eius doctrina usque ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemur, ut et regno eius mereamur esse consortes. Amen.

Explicit Prologus.

129 (1 Petr. IV, 13.)

128 ... ut usque ad mortem suam ibi (*sc.* in monasterio) perseveret (CAESAR., Reg. ad mon. 1).

Hic in codicibus stat Index Capitulorum.

INCIPIT TEXTUS REGULAE.

REGULA APPELLATUR AB HOC QUOD OBOEDIENTIUM DIRIGAT MORES.

CAPUT I.

DE GENERIBUS MONACHORUM.

Monachorum quattuor esse genera manifestum est. Primum coenobitarum, hoc est monasteriale, militans sub regula vel abbate. Deinde secundum genus est anachoritarum, id est heremitarum, horum qui non con- 8. ian. 9. maii 8. sept.

1—22 **Tria sunt in Aegypto genera monachorum. Unum coenobitae** . . . in commune viventes. **Secundum anachoretae,** qui soli habitant per desertum. . . . **Tertium genus est quod Remoboth dicunt, teterrimum** [*al* deterrimum] atque neglectum. . . . **Hi bini vel terni** nec multo plures simul habitant suo arbitratu ac ditione viventes (HIERON., Ep. XXII, 34). **Tria sunt in Aegypto genera monachorum.** . . . **Primum est coenobiotarum, qui scilicet in congregatione pariter consistentes unius senioris iudicio gubernantur.** . . . **Secundum anachoretarum, qui prius in coenobiis instituti** iamque in actuali conversatione perfecti, solitudinis elegere secreta. . . . Tertia reprehensibile sarabaitarum est. . . . (Anachoretae) aperto certamine ac manifesto conflictu

versationis fervore novicio sed monasterii probatione diuturna, qui didicerunt contra diabolum multorum solacio iam docti pugnare; et bene extructi fraterna ex acie ad singularem pugnam heremi securi iam sine consolatione alterius, sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum Deo auxiliante pugnare sufficiunt.

9. ian. 10. maii 9. sept. Tertium vero monachorum teterrimum genus est sarabaitarum, qui nulla regula adprobati, experientia magistra, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus servantes saeculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini aut

16 (Sap. III, 6.)

daemonibus congredi cupientes vastos heremi recessus penetrare non timent. . . . Emersit post haec deterrimum et infidele monachorum genus (sarabaitarum): . . . **bini vel terni in cellulis commorantur, non contenti abbatis cura atque imperio gubernari** (CASSIAN., Coll. XVIII, 4 6 7).

4—13 (Anachoretae) in coenobiis primum diutissime commorantes, omnem patientiae et discretionis regulam diligenter edocti . . . dirissimis daemonum proeliis congressuri penetrant heremi profunda secreta (CASSIAN., Inst. V, 36).

De ludo monasteriorum huiusmodi voluerunt egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terreant, qui specimen conversationis multo tempore dederint (HIERON., Ep. CXXV, 9).

16 Magistra experientia (CASSIAN., Coll. XIX, 7).

terni aut certe singuli sine pastore, non dominicis sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum voluptas: cum quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint, hoc putant non licere.

Quartum vero genus est monachorum quod nominatur gyrovagum, qui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, semper vagi et numquam stabiles, et propriis voluntatibus et gulae illecebris servientes, et per omnia deteriores sarabaitis. De quorum omnium horum miserrima conversatione melius est silere quam loqui.

22—25 Quid est hoc aliud quam quod Tyconius de illis ait: Quod volumus sanctum est? (AUGUSTIN., Contra Parm. II, 13, 31; cf. Ep. XCIII, 14: *verba videntur esse de deperdito opere Tyconii cui titulus «Bellum intestinum»*.)

26—32 (Hypocritae sub habitu monachorum) circumeuntes provincias, nusquam missi, nusquam fixi, nusquam stantes, nusquam sedentes. . . . Circumcelliones dicti sunt, quia circum cellas vagantur; solent enim ire hac illac, nusquam habentes sedes (AUGUSTIN., De opere mon. 36; Enarr. in Psalm. CXXXII, 3).

30 Instabilis ac vagus (CASSIAN., Inst. X, 6).

31 Servire propriae voluntati (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum V, XIV, 10).

34 Silere de his melius censeo, quam parum digne proloqui (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 7 fin.).

His ergo omissis, ad coenobitarum fortissimum genus disponendum adiuvante Domino veniamus.

CAPUT II.

QUALIS DEBEAT ABBAS ESSE.

10. ian. 11. maii 10. sept. Abbas qui praeesse dignus est monasterio, semper meminere debet quod dicitur, et nomen maioris factis implere. Christi enim agere vices in monasterio creditur, quando ipsius vocatur pronomine, dicente Apostolo: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater. Ideoque abbas nihil extra praeceptum Domini quod sit debet aut docere aut consti-

9 R (quod absit) (LECTIONES SELECTAE in loc.).

6 Rom. VIII, 15.

(34) Super quo tacere melius puto quam pauca scribere (HIERON., Ep. LIII, 8).

Sententia est Salustii: De Carthagine silere melius puto quam parum dicere (Bell. Iug. XIX). *Quasi proverbium videtur fuisse, cf. Ps. Apul. de Mundo 24; Apol. Sidon. Ep. I; Quintil. II, 13 14:* «*illud Sallustianum.*»

35—37 His igitur quasi quibusdam pestibus exterminatis, **veniamus ad eos** qui plures sunt et in commune habitant, id est, **quos vocari coenobitas diximus** (HIERON., Ep. XXII, 35).

II 8—10 (Is qui praeest) timens ne praeter voluntatem Dei, vel praeter quod in Sacris Scripturis evidenter praecipitur, vel dicat aliquid vel imperet (BASIL., Reg. 15).

tuere vel iubere: sed iussio eius vel doctrina fermentum divinae iustitiae in discipulorum mentibus conspargatur, memor semper abbas, quia doctrinae suae vel discipulorum oboedientiae, utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque abbas, culpae pastoris incumbere, quidquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire. Tantundem iterum erit, ut, si inquieto vel inoboedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia adtributa, et morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita, pastor eorum in iudicio Domini absolutus, dicat cum Propheta Domino: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi: ipsi autem contempnentes spreverunt me. Et tunc demum inoboedientibus curae suae ovibus poena sit eis praevalens ipsa mors.

Ergo cum aliquis suscipit nomen abbatis, duplici debet doctrina suis praeesse discipulis, id est omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat, ut capacibus discipulis mandata Domini verbis proponere, duris corde vero et simplicioribus, factis suis divina praecepta monstrare. Omnia vero quae di- 11. ian. 12. maii 11. sept.

18 R Tantum iterum liber erit (LECTIONES SELECTAE in loc.).

23 Psalm. XXXIX, 11. 25 Is. 1, 2; (Ezech. XX. 27).

scipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda, ne aliis praedicans ipse reprobus inveniatur; ne quando illi dicat Deus peccanti: Quare tu enarres iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum? tu vero odisti disciplinam, et proiecisti sermones meos post te. Et, Qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti.

12. ian. 13. maii 12. sept. Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non unus plus ametur quam alius, nisi quem in bonis actibus aut oboedientia invenerit meliorem. Non convertenti ex servitio praeponatur ingenuus, nisi alia rationabilis causa existat: quod si ita, iustitia

37 (1 Cor. IX, 27.) 38 Psalm. XLIX, 16 17. 43 (Matth. VII, 3.)

31, 46—62 Omnia quae agenda sunt ante factis impleas. . . . Ne unam plus, aliam minus ames: sed cuncta . . . aequo moderamine disponas, parique moderatione dispenses, ac parem eis caritatem impertias; et non quibuslibet per privatum amorem, sed cunctis secundum merita singularum, quae sunt necessaria largiaris. Non quae tibi vultu intuituque placuerit, . . . sed quam amor Christi et religiosior demostraverit vita, praeponas (CAESAR., Ep. hort. ad Virg. *al* ad Oratoriam abbatissam).

46 Praecipimus vobis qui huic officio praeestis, ut personae a vobis non accipiantur, sed aequali affectu omnes diligantur (Reg. I SS. Patrum 16).

dictante, abbati visum fuerit, et de cuiuslibet ordine id faciet; sin alias, propria teneant loca; quia sive servus sive liber, omnes in Christo unum sumus, et sub uno Domino aequalem servitutis militiam baiulamus: Quia non est apud Deum personarum acceptio. Solummodo in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores ab aliis in operibus bonis et humiles inveniamur. Ergo aequalis sit ab eo omnibus caritas; una praebeatur in omnibus secundum merita disciplina.

In doctrina sua namque abbas apostolicam debet illam semper formam servare, in qua dicit: Argue, obsecra, increpa: id est, miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magistri, pium patris ostendat affectum: id est, indisciplinatos et inquietos debet durius arguere, oboedientes autem et mites et patientes ut in melius proficiant obsecrare; neglegentes et contemnentes ut increpet et corripiat admonemus. 13. ian. 14. maii 13. sept.

54 (Gal. III, 28.) 56 Rom. II, 11. 65 2 Tim. IV, 2.

61 Unumquemque secundum merita quotidianae conversationis iudicans . . . (Reg. Orient. 1).

65—68 . . . dicente Apostolo: Argue, increpa, obsecra cum omni patientia et doctrina. . . . Decernendum est ab illo qui praeest, qualiter circa singulos debeat pietatis affectum monstrare, et qualiter tenere debeat disciplinam (Reg. I SS. Patrum 5).

68 Tamquam inquietus et indisciplinatus confundatur (Basil., Reg. 98).

Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox ut coeperint oriri radicitus ea ut praevalet amputet, memor periculi Heli sacerdotis de Silo. Et honestiores quidem atque intelligibiles animos prima vel secunda admonitione verbis corripiat; inprobos autem et duros ac superbos, vel inoboedientes, verberum vel corporis castigatio in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur. Et iterum: Percute filium tuum virga, et liberabis animam eius a morte.

14. ian. 15. maii 14. sept. Meminere debet semper abbas quod est, meminere quod dicitur, et scire quia cui plus

73 AB sed ut mox ut (LECTIONES SELECTAE in loc.).

75 (1 Reg. II.) 81 Prov. XVIII, 2; XXIX, 19. 82 Ibid. XXIII, 14. 86 (Luc. XII, 48.)

74 Radicitus amputare (CASSIAN., Coll. XVI, 6).

86 Cui plus creditur, plus ab eo exigitur (HIERON., Ep. XIV, 9).

Secundum illud: Cui plus datur, plus exigitur ab eo (AUGUSTIN., Quaest. in Hept. III, 31).

Hisce locis videtur locutio quasi proverbium esse; in Doctrina vero Orsiesii, ab Hieronymo (probabiliter) latine versa, Luc. XII, 48 sic legitur: Scitote quia Cui plus datum est, plus quaeretur ab eo; et cui plus creditum est, amplius exigetur (§ 15). Vg. (et V. L.): Omni autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.

conmittitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quam difficilem et arduam rem suscipit, regere animas et multorum servire moribus; et alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium suasionibus, et secundum uniuscuiusque qualitatem vel intellegentiam, ita se omnibus conformet et aptet, ut non solum detrimenta gregis sibi conmissi non patiatur, verum in augmentatione boni gregis gaudeat.

Ante omnia, ne dissimulans aut parvipendens salutem animarum sibi conmissarum, plus gerat sollicitudinem de rebus transitoriis et terrenis atque caducis; sed semper cogitet quia animas suscepit regendas, de quibus et rationem redditurus est. Et ne causetur de minori forte substantia, meminerit scriptum: Primum quaerite regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis; et iterum: Nihil deest timentibus eum. Sciatque quia qui sus- 15. ian. 16. maii 15. sept.

99 A *al* ne plus; S *al* non plus.

104 Matth. VI, 33. 106 Psalm. XXXIII, 10.

94 Cum omni cautione et sollicitudine singuli commissum sibi gregem custodiant (ORSIES., Doctr. 17).

100 . . . de rebus caducis atque terrenis . . . (CASSIAN., Coll. XVI, 9).

102 Semper cogitans (praeposita) Deo se pro vobis reddituram esse rationem (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 15).

cipit animas regendas, paret se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo quia in die iudicii ipsarum omnium animarum est redditurus Domino rationem, sine dubio addita et suae animae. Et ita timens semper futuram discussionem Pastoris de creditis ovibus, cum de alienis ratiociniis cavet, redditur de suis sollicitus; et cum de monitionibus suis emendationem aliis subministrat, ipse efficitur a vitiis emendatus.

CAPUT III.

DE ADHIBENDIS AD CONSILIUM FRATRIBUS.

16. ian. 17. maii 16. sept. Quotiens aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, convocet abbas omnem congregationem, et dicat ipse unde agitur. Et audiens consilium fratrum tractet apud se, et quod utilius iudicaverit faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia saepe iuniori Dominus revelat quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione, et non praesumant procaciter defendere quod eis visum

---

111—113 (Discimus superiores, nos) post rationem vitae nostrae, etiam pro aliis qui nobis crediti sint, reddituros esse similiter rationem (Orsies., Doctr. 11).

fuerit, et magis in abbatis pendeat arbitrio, ut quod salubrius esse iudicaverit, ei cuncti oboediant: sed sicut discipulos convenit oboedire magistro, ita et ipsum provide et iuste condecet cuncta disponere.

In omnibus igitur omnes magistram sequantur Regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam. Nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem; neque praesumat quisquam cum abbate suo proterve aut foris monasterium contendere. Quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat. Ipse tamen abbas cum timore Dei et observatione Regulae omnia faciat, sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis aequissimo iudici Deo rationem redditurum. Si qua vero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, sicut scriptum est: Omnia fac cum consilio, et post factum non paeniteberis. 17. ian. 18. maii 17. sept.

11 ABKOS pendat.

20 R proterve intus aut foris (LECTIONES SELECTAE in loc.).

29 Ecclus. XXXII, 24.

11 Voluntas eorum ex voluntate pendet abbatis (CASSIAN., Coll. XXIV, 26).

Per omnia ad nutum (abbatis) potestatemque pendere (SULPIC. SEV., Dial. I, 10).

27 Monasterii utilitas (CASSIAN., Inst. VII, 9; v. etiam c. LXV infra).

CAPUT IV.

QUAE SUNT INSTRUMENTA BONORUM OPERUM.

18. ian. 19. maii 18. sept. In primis, Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute.
Deinde proximum tamquam seipsum.
Deinde non occidere.
Non adulterari.
Non facere furtum.
Non concupiscere.
Non falsum testimonium dicere.
Honorare omnes homines.
Et quod sibi quis fieri non vult, alio ne faciat.
Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum.
Corpus castigare.
Delicias non amplecti.
Ieiunium amare.
Pauperes recreare.
Nudum vestire.
Infirmum visitare.
Mortuum sepelire.
In tribulatione subvenire.
Dolentem consolari.

1—3 Marc. XII, 30 31. 4—9 Matth. XIX, 18; Luc. XVIII, 20; Rom. XIII, 9; (Exod. XX, 12—17). 9 1 Petr. II, 17. 10 *Vide infra.* 11 (Matth. XVI, 24; Luc. IX, 23.) 13 (1 Cor. IX, 27.) 17, 18 Matth. XXV, 36.

10 LECTIONES SELECTAE in loc.

Saeculi actibus se facere alienum.
Nihil amori Christi praeponere.
Iram non perficere. 19. ian.
Iracundiae tempus non reservare. 20. maii 19. sept.
Dolum in corde non tenere.
Pacem falsam non dare.
Caritatem non derelinquere.
Non iurare, ne forte periuret.
Veritatem ex corde et ore proferre.
Malum pro malo non reddere.
Iniuriam non facere, sed et factas patienter sufferre.
Inimicos diligere.
Maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere.
Persecutionem pro iustitia sustinere.
Non esse superbum.
Non vinolentum.
Non multum edacem.
Non somnolentum.
Non pigrum.
Non murmuriosum.
Non detractorem.

31 1 Petr. III, 9. 34 Matth. V, 44. 35 1 Petr. III, 9 37 Matth. V, 10. 38 39 Tit. I, 7. 43, 44 (Sap. I, 11.)

23 Nihil amori Christi anteponendum (Vita S. Antonii, versio antiqua, 13, *al* 14).

32 Iniuriam facere non nosse, factam posse tolerare (Reg. Macarii 21; *verba vero sunt Cypriani,* De dom. orat. 15).

Spem suam Deo committere.
Bonum aliquid in se cum viderit, Deo adplicet non sibi.
Malum vero semper a se factum sciat, et sibi reputet.
20. ian. Diem iudicii timere.
21. maii Gehennam expavescere.
20. sept. Vitam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare.
Mortem cotidie ante oculos suspectam habere.
Actus vitae suae omni hora custodire.
In omni loco Deum se respicere pro certo scire.
Cogitationes malos cordi suo advenientes mox ad Christum allidere, et seniori spiritali patefacere.

59 (Psalm. CXXXVI, 9; 1 Cor. X, 4.)

46—49 Πάντων ὧν πράττομεν ἀγαθῶν τὸν θεὸν αἴτιον ἡγώμεθα· τῶν δὲ κακῶν αἴτιοι ἡμεῖς ἐσμεν οἱ ἑλόμενοι (PORPHYRIUS, Ad Marcell. XII, p. 282: *textus a Weyman citatus apud Wochenschrift für klassische Philologie* 1896, p. 209).

Quidquid boni habet, illi tribuat, a quo factus est: quidquid mali habet, ipse sibi fecit (AUGUSTIN., Serm. XCVI, 2).

54 Omni hora ponat sibi (monachus) mortem ante oculos suos (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum III, 196; VII, XXXV, 1).

58 Nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciosa confusione celare, sed confestim ut exortae fuerint, **eas suo patefacere seniori** (CASSIAN., Inst. IV, 9). — *Cf. supra ad Prologum 71—74.*

Os suum a malo vel pravo eloquio custodire.
Multum loqui non amare.
Verba vana aut risui apta non loqui.
Risum multum aut excussum non amare.
Lectiones sanctas libenter audire.
Orationi frequenter incumbere.
Mala sua praeterita cum lacrimis vel gemitu cotidie in oratione Deo confiteri.
De ipsis malis de cetero emendare.
Desideria carnis non efficere.
Voluntatem propriam odire.
Praeceptis abbatis in omnibus oboedire, etiam si ipse aliter, quod absit, agat, memores illud dominicum praeceptum:
Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite.
Non velle dici sanctum antequam sit, sed prius esse quod verius dicatur.
Praecepta Dei factis cotidie adimplere. 21. ian. 22. maii 21. sept.
Castitatem amare.
Nullum odire.
Zelum non habere.
Invidiam non exercere.

82, 83 R Zelum et invidiam non habere (LECTIONES SELECTAE in loc.).

70 Gal. v, 16. 75 Matth. XXIII, 3.

61 Ingenio malo pravoque (SALLUST., Cat. v).
Malo pravoque consilio (LUCIFER CAL., Mor. esse pro Dei fil. VI).

Contentionem non amare.
Elationem fugere.
Et seniores venerare.
Iuniores diligere.
In Christi amore pro inimicis orare.
Cum discordante ante solis occasum in pacem redire.
Et de Dei misericordia numquam desperare.

Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis: quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta et in die iudicii reconsignata, illa merces nobis a Domino reconpensabitur, quam ipse promisit: Quod oculus non vidit nec auris audivit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum. Officina vero, ubi haec omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterii et stabilitas in congregatione.

CAPUT V.

DE OBOEDIENTIA.

22. ian. 23. maii 22. sept. Primus humilitatis gradus est oboedientia sine mora. Haec convenit his qui nihil sibi a Christo carius aliquid existimant, propter servitium sanctum quod professi sunt, seu propter metum gehennae, vel gloriam vitae

88 Matth. v, 44. 89 Eph. iv, 26. 96 1 Cor. ii, 9.

86 Maiorem vereri, minorem regere (Sosiades: Lectiones Selectae in loc.).

aeternae. Mox aliquid imperatum a maiore fuerit, ac si divinitus imperetur, moram pati nesciant in faciendo. De quibus Dominus dicit: Obauditu auris oboedivit mihi. Et item dicit doctoribus: Qui vos audit me audit.

Ergo hi tales relinquentes statim quae sua sunt et voluntatem propriam deserentes, mox exoccupatis manibus, et quod agebant inperfectum relinquentes, vicino oboedientiae pede iubentis vocem factis sequuntur. Et veluti uno momento praedicta magistri iussio et perfecta discipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambae res communiter citius explicantur. Quibus ad vitam aeternam

9 Psalm. XVII, 45. 10 Luc. X, 16.

6, 7 Statimque cum tibi a maiore fuerit imperatum . . . (Reg. Pachomii 30).

Sicque universa conplere quaecumque fuerint ab eo [*sc.* praeposito] praecepta, tamquam si ex Deo sint caelitus edita, sine ulla discussione festinant (CASSIAN., Inst. IV, 10).

Universa quae sibi fuerint a senioribus imperata, sine ulla discussione perficiens, sacrosancta ea credens ac divinitus promulgata (ibid. XII, 32).

Mandatum velut divinitus emissum (ibid. IV, 24).

13 . . . suas vincere voluntates. . . . mortificare per oboedientiam suas voluntates. . . . voluntates suas superare (ibid. 8).

15 Inperfectas litterae lineas derelinquens (ibid. 12).

gradiendi amor incumbit, ideo angustam viam arripiunt (unde Dominus dicit: Angusta via est quae ducit ad vitam), ut non suo arbitrio viventes, vel desideriis suis et voluptatibus oboedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio, in coenobiis degentes, abbatem sibi praeesse desiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur sententiam qua dicit: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me.

23. ian. 24. maii 23. sept. Sed haec ipsa oboedientia tunc acceptabilis erit Deo et dulcis hominibus, si quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut cum murmurio, vel cum responso nolentis efficiatur. Quia oboedientia quae

22 Matth. VII, 14. 29 Ioan. VI, 38.

24—31 (Ioan. VI, 38:) quam virtutem illi specialiter exercent, qui **in coenobiis conmorantes senioris reguntur imperio, qui nihil omnino arbitrio suo agunt,** sed voluntas eorum ex voluntate pendet abbatis (CASSIAN., Coll. XXIV, 26).

. . . in coenobiis conmorantes ac sub abbatis cura et sollicitudine constituti (CASSIAN., Inst. IV, 15).

(Coenobitis) summum ius est, abbatis imperio vivere, **nihil suo arbitrio agere,** per omnia ad nutum illius potestatemque pendere. . . . Haec illorum prima virtus est, **parere alieno imperio** (SULPIC. SEV., Dial. I, 10).

34 Trepidas et tepidas contradictiunculas (AUGUSTIN., De cons. Evang. I, 13).

Tardius vel tepidius (CASSIAN., Coll. XXIII, 7).

maioribus praebetur Deo exhibetur. Ipse enim dixit: Qui vos audit me audit. Et cum bono animo a discipulis praeberi oportet, quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo si oboedit discipulus, et non solum ore, sed etiam in corde si murmuraverit, etiam si impleat iussionem; tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor eius respicit murmurantem, et pro tali facto nullam consequitur gratiam; immo poenam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit.

CAPUT VI.

DE TACITURNITATE.

Faciamus quod ait Propheta: Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea: posui ori meo custodiam: obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis. Hic ostendit Propheta, si a bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debet tacere, quanto magis a malis verbis propter poenam peccati debet cessari? Ergo quamvis de bonis et sanctis et aedificationum eloquiis, perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem rara loquendi conce- 24. ian. 25. maii 24. sept.

44 R cor respicit murmurantis. VI, 8 ABCK debere.

38 Luc. x, 16. 40 2 Cor. ix, 7. VI, 1 Psalm. xxxviii, 2 3.

datur licentia; quia scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum; et alibi: Mors et vita in manibus linguae. Nam loqui et docere magistrum condecet: tacere et audire discipulum convenit.

Et ideo si qua requirenda sunt a priore, cum omni humilitate et subiectione reverentiae requirantur. Scurrilitates vero, vel verba otiosa et risum moventia, aeterna clausura in omnibus locis damnamus, et ad talia eloquia discipulum aperire os non permittimus.

CAPUT VII.

DE HUMILITATE.

25. ian. 26. maii 25. sept. Clamat nobis Scriptura divina, fratres, dicens: Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Cum haec ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiae; quod se cavere Propheta indicat dicens: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Sed quid, si non humiliter sentiebam, si exaltavi animam meam. Sicut

19 R requirantur ne plus videatur loqui quam expedit (LECTIONES SELECTAE in loc.).

12 Prov. x, 19. 14 Ibid. xviii, 21. VII, 2 Luc. xiv, 11. 6 Psalm. cxxx, 1 2.

ablactatum super matrem suam, ita retribuis in anima mea.

Unde, fratres, si summae humilitatis volumus culmen adtingere, et ad exaltationem illam caelestem, ad quam per praesentis vitae humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire, actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quae in somnio Jacob apparuit, per quam ei descendentes et ascendentes angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille et ascensus a nobis intellegitur, nisi exaltatione descendere, et humilitate ascendere. Scala vero ipsa erecta nostra est vita in saeculo, quae humiliato corde a Domino erigatur ad caelum. Latera enim eius scalae dicimus nostrum esse corpus et animam, in qua latera diversos gradus humilitatis vel disciplinae evocatio divina ascendendos inseruit. 26. ian 27. maii 26. sept.

Primus itaque humilitatis gradus est, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens, 27. ian. 28. maii 27. sept.

---

30 A ascendendo.

---

19 (Gen. XXVIII, 12.)

---

17 Si quis velit ad perfectionem velociter pervenire (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 31).

18—30 Quod intelligens et patriarcha Iacob, **scalam cernit in somnis,** cuius caput pertingebat usque ad caelum, per quam **diversis virtutum gradibus** ad superna conscenditur (HIERON., Ep. XCVIII, 3).

oblivionem omnino fugiat, et semper sit memor omnia quae praecepit Deus: ut qualiter et contemnentes Deum gehenna de peccatis incendat, et vita aeterna, quae timentibus Deum praeparata est, animo suo semper evolvat; et custodiens se omni hora a peccatis et vitiis, id est cogitationum, linguae, manuum, pedum vel voluntatis propriae, sed et desideria carnis, — aestimet se homo de caelis a Deo respici omni hora, et facta sua omni loco ab aspectu Divinitatis videri, et ab angelis omni hora renuntiari. Demonstrans nobis hoc Propheta, cum in cogitationibus nostris ita Deum semper praesentem ostendit dicens: Scrutans corda et renes Deus. Et item: Dominus novit cogitationes hominum. Et item dicit: Intellexisti cogitationes meas a longe; et: Quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam ut sollicitus sit circa cogitationes suas perversas, dicat semper utilis frater in corde suo: Tunc ero inmaculatus co-

35 ℟ in gehennam pro peccatis incidunt (LECTIONES SELECTAE in loc.).

40 ℟ sed et desideria carnis amputare festinet. Aestimet etc. (LECTIONES SELECTAE in loc.).

53 ℟ humilis frater (LECTIONES SELECTAE in loc.).

47 Psalm. VII, 10. 48 Psalm. XCIII, 11. 49 Psalm. CXXXVIII, 3. 51 Psalm. LXXV, 11. 54 Psalm. XVII, 24.

ram eo, si observavero me ab iniquitate mea.

Voluntatem vero propriam ita facere prohibemur, cum dicit Scriptura nobis: Et a voluntatibus tuis avertere. Et item rogamus Deum in oratione, ut fiat illius voluntas in nobis. 28. ian. 29. maii 28. sept

Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem, cum cavemus illud quod dicit Scriptura: Sunt viae quae videntur ab hominibus rectae, quarum finis usque ad profundum inferni demergit; et cum item pavemus illud quod de neglegentibus dictum est: Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluptatibus suis. In desideriis vero carnis ita nobis Deum credamus semper esse praesentem, cum dicit Propheta Domino: Ante te est omne desiderium meum.

Cavendum ergo ideo malum desiderium, quia mors secus introitum delectationis posita est; unde Scriptura praecipit dicens: Post concupiscentias tuas non eas. Ergo, si oculi Domini speculantur bonos 29. ian. 30. maii 29. sept.

64 R videntur hominibus (LECTIONES SELECTAE in loc.).

58 Ecclus. XVIII, 30. 60 (Matth. VI, 10.) 64 Prov. XVI, 25; (XIV, 12; Matth. XVIII, 6; Is. VII, 11). 68 Psalm. XIII, 1. 72 Psalm. XXXVII, 10. 76 Ecclus. XVIII, 30. 78 Prov. XV, 3.

et malos, et Dominus de caelo semper respicit super filios hominum, ut videat si est intellegens aut requirens Deum; et si ab angelis nobis deputatis cotidie die noctuque Domino factorum nostrorum opera nuntiantur: cavendum est ergo omni hora, fratres, sicut dicit in psalmo Propheta, ne nos declinantes in malo et inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est et expectat nos converti in melius, — ne dicat nobis in futuro: Haec fecisti et tacui.

30. ian. 31. maii 30. sept. Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem desideria sua non delectetur implere; sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: Non veni facere voluntatem meam, sed eius

83 ℟ Domino factori nostro (et Creatori omnium Deo) opera nostra nuntiantur (LECTIONES SELECTAE in loc.).

79 Psalm. XIII, 2. 86 (Ibid. 3.) 90 Psalm. XLIX, 21. 94 Ioan. VI, 38.

91—185 *Gradus sequentes, a secundo ad undecimum, S. Benedictus magna ex parte a Cassiano mutuatus est: textus Cassiani ad finem capituli ponitur.*

91 Quod utique qui implere vult, sine dubio proprias sibi amputat voluntates, secundum imitationem ipsius Domini dicentis: Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit Patris (BASIL., Reg. 12).

qui me misit. Item dicit Scriptura: Voluptas habet poenam, et necessitas parit coronam.

Tertius humilitatis gradus est, ut quis pro 31. ian. 1. iun. 1. oct.
Dei amore omni oboedientia se subdat maiori, imitans Dominum de quo dicit Apostolus: Factus oboediens usque ad mortem.

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa 1. feb. 2. iun. 2. oct.
oboedientia duris et contrariis rebus, vel etiam quibuslibet inrogatis iniuriis, tacite conscientia patientiam amplectatur, et sustinens non lassescat vel discedat, dicente Scriptura: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Item: Confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Et ostendens fidelem pro Domino universa etiam

102 Phil. II, 8. 109 Matth. X, 22. 110 Psalm. XXVI, 14.

96 **Voluptas habet poenam et necessitas parat coronam** (Acta SS. Agapes, Chioniae et Irenes in Actis SS. Chrysogoni et Anastasiae inserta, v. Boll. Acta SS. Apr. I, 250).

Cf. Voluntas habet poenam, necessitas veniam (OPTAT. VII, 1).

Nonnulli codices Regulae (O V S et alii) habent «voluntas»; est vero sine dubio correctio ex sensu contextus perperam facta.

101 [Modum oboedientiae] Apostolus ostendit, proponens nobis oboedientiam Domini, Qui factus est, inquit, oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis (BASIL., Reg. 65).

contraria sustinere debere, dicit ex persona sufferentium: Propter te morte adficimur tota die; aestimati sumus ut oves occisionis. Et securi de spe retributionis divinae subsequuntur gaudentes et dicentes: Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Et item alio loco Scriptura: Probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum: induxisti nos in laqueo; posuisti tribulationes in dorso nostro. Et ut ostendat sub priore debere nos esse, subsequitur dicens: Inposuisti homines super capita nostra. Sed et praeceptum Domini in adversis et iniuriis per patientiam adimplentes, qui percussi in maxillam praebent et aliam, auferenti tunicam dimittunt et pallium, angariati miliario vadunt duo, cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinent, et maledicentes se benedicent.

2. feb. 3. iun. 3. oct. Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala a se absconse conmissa, per humilem confessionem abbatem non celaverit suum, hortans nos de hac re Scriptura dicens: Revela ad Dominum viam tuam

114 Rom. VIII, 36. 118 Ibid. 37. 120 Psalm. LXV, 10 11. 125 Ibid. 12. 128—131 (Matth. V, 39—41.) 131 (2 Cor. XI, 26.) 132 (1 Cor. IV, 12.) 139 Psalm. XXXVI, 5.

et spera in eum. Et item dicit: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Et item Propheta: Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitias meas non operui. Dixi, pronuntiabo adversum me iniustitias meas Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei.

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate contentus sit monachus, et ad omnia quae sibi iniunguntur, velut operarium se malum iudicet et indignum, dicens sibi cum Propheta: Ad nihilum redactus sum et nescivi; ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. 3. feb. 4. iun. 4. oct.

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem et viliorem non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu, humilians se et dicens cum Propheta: 4. feb. 5. iun. 5. oct.

---

140 Psalm. CV, 1. 143 Psalm. XXXI, 5. 152 Psalm. LXXII, 22 23.

---

157 Humilitas est haec, ut omnes homines aestimemus superiores nobis (BASIL., Reg. 62).

Crede te hominibus omnibus inferiorem esse (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum III, 206).

Unusquisque omnibus se inferiorem contemnat (Reg. Macarii 3).

158 Intimo cordis affectu (CASSIAN., Coll. XII, 13; XXIV, 16).

Ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis: exaltatus sum et humiliatus et confusus. Et item: Bonum mihi quod humiliasti me, ut discam mandata tua.

5. feb. 6. iun. 6. oct. Octavus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla.

6. feb. 7. iun. 7. oct. Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus, et taciturnitatem habens, usque ad interrogationem non loquatur, monstrante Scriptura quia in multiloquio non effugitur peccatum; et quia vir linguosus non dirigitur super terram.

7. feb. 8. iun. 8. oct. Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promtus in risu, quia scriptum est: Stultus in risu exaltat vocem suam.

8. feb. 9. iun. 9. oct. Undecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus, leniter et sine risu, hu-

160 Psalm. XXI, 7. 162 Psalm. LXXXVII, 16. 163 Psalm. CXVIII, 71. 173 Prov. X, 19. 174 Psalm. CXXXIX, 12. 178 Ecclus. XXI, 23.

167 Si non suo iudicio sed maiorum vivit exemplo (CASSIAN., Coll. II, 10).

171 Usquequo servandum est silentium? Usque interrogeris (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum VII, XXXII, 3).

177 Non in risu promptus (BASIL., Admonitio ad mon.; *vide etiam Cassianum infra*).

militer cum gravitate, vel pauca verba et rationabilia loquatur, et non sit clamosus in voce; sicut scriptum est: Sapiens verbis innotescit paucis.

Duodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde monachus, sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se semper indicet; id est, in Opere Dei, in oratorio, in

9. feb. 10. iun. 10. oct.

189 R *om* Dei (LECTIONES SELECTAE in loc.).

184 **Sapiens paucis verbis innotescit** (Enchiridion seu Sententiae Sexti Pythagorei, no. 134, *al* 145: *opus graecum a Rufino Latine versum et Sixto Papae II attributum*).

TEXTUS CASSIANI.

S. Ben. gradus

104—185 Humilitas vero his indiciis conprobatur: primo si mortificatas in sese omnes habeat voluntates; secundo **si non solum suorum actuum, verum etiam cogitationum nihil suum celaverit seniorem**; tertio si nihil suae discretioni, sed iudicio eius universa committat ac monita eius sitiens ac libenter auscultet; quarto si in omnibus servet oboedientiae mansuetudinem patientiaeque constantiam; quinto si non solum **iniuriam** inferat nulli, **sed ne ab alio quidem sibimet inrogatam doleat atque tristetur**; sexto **si nihil agat, nihil praesumat, quod non vel communis regula vel maiorum cohortantur exempla**; septimo **si omni vilitate contentus sit et ad omnia se quae sibi praebentur velut operarium malum iudicarit** [+ **et** *al*] **indignum**; octavo **si semet ipsum cunctis inferiorem non superficie pronuntiet labiorum, sed intimo cordis credat affectu**; nono si linguam cohibeat vel **non sit clamosus in voce**; decimo **si non sit facilis et promptus in risu** (Inst. IV, 39).

5 4 8 6 7 9 11 10

monasterio, in horto, in via, in agro, vel ubicumque sedens, ambulans vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis aestimans, iam se tremendo iudicio repraesentari aestimet: dicens sibi in corde semper illud quod publicanus ille evangelicus, fixis in terram oculis dixit: Domine, non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad caelos. Et item cum Propheta: Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque.

Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis, monachus mox ad caritatem Dei perveniet illam quae perfecta foris mittit timorem; per quam universa quae prius non sine formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine in-

---

197 (Luc. XVIII, 13; Matth. VIII, 8.) 200 Psalm. XXXVII, 7 9; CXVIII, 107. 204 1 Ioan. IV, 18.

Textus Cassiani.

202—210 Talibus namque indiciis et his similibus humilitas vera dinoscitur: quae cum fuerit in veritate possessa, **confestim te ad caritatem quae timorem non habet, gradu excelsiore perducet, per quam universa, quae prius non sine poena formidinis observabas, absque ullo labore velut naturaliter incipies custodire non iam contemplatione supplicii vel timoris ullius, sed amore ipsius boni et delectatione virtutum** (Inst. IV, 39).

cipiet custodire, non iam timore gehennae sed amore Christi, et consuetudine ipsa bona et delectatione virtutum. Quae Dominus iam in operarium suum mundum a vitiis et peccatis Spiritu Sancto dignabitur demonstrare.

CAPUT VIII.

DE OFFICIIS DIVINIS IN NOCTIBUS.

Hiemis tempore, id est, a Kalendis Novembris usque in Pascha, iuxta considerationem rationis, octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius de media nocte pausetur, et iam digesti surgant. Quod vero restat post Vigilias, a fratribus qui psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi inserviatur. A Pascha autem usque ad supradictas Novembres, sic temperetur hora ut Vigiliarum Agenda parvissimo intervallo, quo fratres ad necessaria naturae exeant, 10. feb. 11. iun. 11. oct.

VIII 3 Octava hora noctis, *scil. per totam hiemem hora fere secunda iuxta computationem hodiernam.*

9 R supradictas Kalendas Nov. (LECTIONES SELECTAE in loc.).

9—13 R sic temperetur hora Vigiliarum agenda, ut parvissimo intervallo, quo . . . exeant, custodito,

VII 208—210 Multum differt inter eum qui metu gehennae vitiorum . . . in se extinguit incendia, et eum qui . . . agit omnia . . . delectatione virtutum (CASSIAN., Coll. XI, 8).

mox Matutini, qui incipiente luce agendi (12) sunt, subsequantur.

CAPUT IX.

QUANTI PSALMI DICENDI SUNT NOCTURNIS HORIS.

11. feb. 12. iun. 12. oct. Hiemis tempore suprascripto, inprimis versum tertio dicendum, Domine labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam; cui subiungendus est tertius psalmus, et «Gloria»: post hunc, psalmus nonagesimus quartus cum antiphona, aut certe decantandus. Inde sequatur ambrosianus: deinde sex psalmi cum antiphonis. Quibus dictis, dicto versu, benedicat abbas; et sedentibus omnibus in scamnis, legantur vicissim a fratribus in codice

---

mox etc. (LECTIONES SELECTAE in loc.). *In textu hic et c. XIII* «Agenda» *est nomen substantivum,* = officium canonicum (INDEX VERBORUM).

IX 1 ℟ Hiemis tempore, praemisso inprimis versu: Deus in adiutorium meum . . . festina; in secundo ter dicendum est: Domine etc. (LECTIONES SELECTAE in loc.). *Sic textus usui recentiori conformis factus est.*

11 A in codices.

IX 2 Psalm. L, 17.

VIII 10 [Matutina solemnitas] quae expletis nocturnis psalmis et orationibus post modicum temporis intervallum solet in Galliae monasteriis celebrari (CASSIAN., Inst. III, 4; «*ad ortum solis*» *vero celebrabatur et tribus psalmis constabat [ibid.]; unde liquet eam cum Hora Prima S. Benedicti et usus recentioris concordasse*).

super analogium tres lectiones, inter quas et tria responsoria cantentur. Duo responsoria sine «Gloria» dicantur; post tertiam vero lectionem, qui cantat dicat «Gloria»; quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilibus suis surgant ob honorem et reverentiam Sanctae Trinitatis. Codices autem legantur in Vigiliis divinae auctoritatis tam Veteris Testamenti quam Novi; sed et expositiones earum, quae a nominatis et orthodoxis catholicis Patribus factae sunt. Post has vero tres lectiones cum responsoriis suis, sequantur reliqui sex psalmi cum «Alleluia» canendi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda, et versus, et supplicatio litaniae, id est, «Kyrie eleison»; et sic finiantur Vigiliae nocturnae.

CAPUT X.

QUALITER AESTATIS TEMPORE AGATUR NOCTURNA LAUS.

A Pascha autem usque ad Kalendas Novembres omnis ut supra dictum est psalmodiae quantitas teneatur; excepto quod lectiones in codice, propter brevitatem noctium, minime legantur; sed pro ipsis tribus lectionibus, una de Veteri Testamento memoriter dicatur, quam breve responsorium subsequa- 12. feb. 13. iun. 13. oct.

28 Vigiliae nocturnae (CASSIAN., Inst. II, 3; Coll. II, 26; *passim*).

tur, et reliqua omnia ut dictum est impleantur: id est, ut numquam minus a duodecim psalmorum quantitate ad Vigilias nocturnas dicatur, exceptis tertio et nonagesimo quarto psalmo.

CAPUT XI.

QUALITER DIEBUS DOMINICIS VIGILIAE AGANTUR.

13. feb. 14. iun. 14. oct. Dominico die temperius surgatur ad Vigilias; in quibus Vigiliis teneatur mensura: id est, modulatis ut supra disposuimus sex psalmis et versu, residentibus cunctis disposite et per ordinem in subselliis, legantur in codice ut supra diximus quattuor lectiones cum responsoriis suis; ubi tantum in quarto responsorio dicatur a cantante «Gloria», quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant. Post quas lectiones sequantur ex ordine alii sex psalmi cum antiphonis, sicut anteriores, et versu. Post quos iterum legantur aliae quattuor lectiones cum responsoriis suis, ordine quo supra. Post quas dicantur tria cantica de «Prophetarum», quae instituerit abbas; quae cantica cum «Alleluia» psallantur. Dicto etiam versu, et benedicente abbate, legantur aliae quattuor lectiones de Novo Testamento, ordine quo supra. Post quartum autem responsorium incipiat abbas hymnum «Te Deum laudamus». Quo perdicto, legat abbas

lectionem de Evangelia, cum honore et timore stantibus omnibus. Qua perlecta, respondeant omnes «Amen»; et subsequatur mox abbas hymnum «Te decet laus», et data benedictione incipiant Matutinos. Qui ordo Vigiliarum omni tempore tam aestatis quam hiemis aequaliter in die dominico teneatur: nisi forte, quod absit, tardius surgant, aliquid de lectionibus breviandum est aut responsoriis. Quod tamen omnino caveatur ne proveniat; quod si contigerit, digne inde satisfaciat Deo in oratorio, per cuius evenerit neglectum.

CAPUT XII.

QUOMODO MATUTINORUM SOLLEMNITAS AGATUR.

In Matutinis dominico die, inprimis dicatur sexagesimus sextus psalmus sine antiphona in directum. Post quem dicatur quinquagesimus cum «Alleluia»; post quem dicatur centesimus septimus decimus et sexagesimus secundus; inde Benedictiones et Laudes, lectio de Apocalypsi una ex corde et responsorium, ambrosianus, versus, canticum de «Evangelia», litania, et completum est. 14. feb. 15. iun. 15. oct.

XII, 1 «Matutini» *scil.* «Laudes», *ut recentiore usu vocantur.*

XI 30 Si vero evenerit ut tardius ad vigilias consurgant [*al* surgatur] singulas paginas *[sc. ad lectiones, loco duarum paginarum vel trium]* aut quantum [abbati] visum fuerit legant (Ordo psalmodiae Lirinensis).

CAPUT XIII.

PRIVATIS DIEBUS QUALITER AGANTUR MATUTINI.

15. feb. 16. iun. 16. oct. Diebus autem privatis Matutinorum sollemnitas ita agatur: id est, ut sexagesimus sextus psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modice sicut Dominica, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur. Post quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem: id est, secunda feria quintus et tricesimus quintus, tertia feria quadragesimus secundus et quinquagesimus sextus, quarta feria sexagesimus tertius et sexagesimus quartus, quinta feria octogesimus septimus et octogesimus nonus, sexta feria septuagesimus quintus et nonagesimus primus, sabbato autem centesimus quadragesimus secundus et canticum Deuteronomium, quod dividatur in duas «Glorias». Nam ceteris diebus canticum unumquodque die suo ex Prophetis, sicut psallit Ecclesia Romana dicantur. Post haec sequantur Laudes; deinde lectio una Apostoli memoriter recitanda, responsorium, ambrosianus, versus, canticum de «Evangelia», litania, et completum est.

14 ABCTK sabbatorum.

1 Privatis diebus *[bis]* (Ordo psalmodiae Lirinensis). Matutina sollemnitas (Cassian., Inst. III, 3 *et passim*).

Plane Agenda matutina vel vespertina non transeat aliquando nisi in ultimo per ordinem oratio dominica, omnibus audientibus, dicatur a priore, propter scandalorum spinas quae oriri solent, ut conventi per ipsius orationis sponsionem qua dicunt «Dimitte nobis sicut et nos dimittimus», purgent se ab huiusmodi vitio. Ceteris vero Agendis ultima pars eius orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur: «Sed libera nos a malo». 16. feb. 17. iun. 17. oct.

CAPUT XIV.

IN NATALICIIS SANCTORUM QUALITER AGANTUR VIGILIAE.

In Sanctorum vero festivitatibus, vel omnibus sollemnitatibus, sicut diximus Dominico die agendum, ita agatur, excepto quod psalmi aut antiphonae vel lectiones ad ipsum diem pertinentes dicantur; modus autem supra scriptus teneatur. 17. feb. 18. iun. 18. oct.

CAPUT XV.

ALLELUIA QUIBUS TEMPORIBUS DICATUR.

A sancto Pascha usque Pentecosten sine intermissione dicatur «Alleluia», tam in psalmis quam in responsoriis. A Pente- 18. feb. 19. iun. 19. oct.

---

24 Nobis placuit ut omnibus diebus post matutinas et vespertinas oratio dominica a sacerdote proferatur (Concil. Gerunda [in Hispania] anno 517, Can. 10).

coste autem usque caput Quadragesimae omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad Nocturnos dicatur. Omni vero Dominica extra Quadragesimam Cantica, Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nonaque cum «Alleluia» dicatur: Vespera vero iam antiphona. Responsoria vero numquam dicantur cum «Alleluia», nisi a Pascha usque Pentecosten.

CAPUT XVI.

QUALITER DIVINA OPERA PER DIEM AGANTUR.

19. feb. 20. iun. 20. oct. Ut ait Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si Matutino, Primae, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, Completoriique tempore nostrae servitutis officia persolvamus; quia de his diurnis Horis dixit: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis Vigiliis idem ipse Propheta ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro super iudicia

---

XV 7 Cantica *scil. in 3 Nocturno.*
10 R iam cum antiphona (LECT. SELECTAE in loc.).

XVI 1, 7 Psalm. CXVIII, 164. 9 Ibid. 62. 11 Ibid. 164.

XVI 1 *Idem versus (164) Psalmi CXVIII citatur eodem contextu apud Cassianum, Inst. III, 4.*

iustitiae suae, id est, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorio; et nocte surgamus ad confitendum ei.

CAPUT XVII.

QUOT PSALMI PER EASDEM HORAS CANENDI SUNT.

Iam de Nocturnis vel Matutinis digessimus ordinem psalmodiae; nunc de sequentibus Horis videamus. Prima Hora dicantur psalmi tres singillatim et non sub una «Gloria», hymnus eiusdem Horae post versum «Deus in adiutorium», antequam psalmi incipiantur. Post expletionem vero trium psalmorum, recitetur lectio una, versus et «Kyrie eleison», et missas. Tertia vero, Sexta et Nona, idem eo ordine celebretur oratio: id est versus, hymni earundem Horarum, terni psalmi, lectio et versus, «Kyrie eleison» et missae sunt. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonis, si vero minor, in directum psallantur. 20. feb. 21. iun. 21. oct.

Vespertina autem sinaxis quattuor psalmis cum antiphonis terminetur; post quos psal-

XVI 13 ABCX Completorios (LECTIONES SELECTAE ad XVII, 20).

XVII *In titulo.* A dicendi (LECT. SELECTAE in loc.).

9 ℜ et missae sint (ibid.).

18 AC et missas sunt (ibid.).

XVII 16 Synaxis (CASSIAN., Inst. II, 10; *passim*): Vespertina synaxis (Coll. VIII, 16).

mos lectio recitanda est; inde responsorium, ambrosianus, versus, canticum de «Evangelia», litania et oratio dominica, fiant missae. Completorium autem trium psalmorum dictione terminetur; qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt: post quos hymnus eiusdem Horae, lectio una, versus, «Kyrie eleison», et benedictione missae fiant.

CAPUT XVIII.

QUO ORDINE IPSI PSALMI DICENDI SUNT.

21. feb. 22. iun. 22. oct. Dicatur versus: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me festina, Gloria; inde hymnus uniuscuiusque Horae. Deinde Prima Hora, Dominica, dicenda quattuor capitula psalmi centesimi octavi decimi; reliquis vero Horis, id est, Tertia, Sexta vel Nona, terna capitula supra scripti psalmi centesimi octavi decimi dicantur. Ad Primam autem secundae feriae dicantur tres psalmi, id est, primus, secundus et sextus. Et ita per singulos dies ad Primam, usque Dominicam, dicantur per

20 R et fiant missae (LECTIONES SELECTAE in loc.). ABCX completorios (ibid.).

25 R benedictio et (ibid.).

XVIII 1 A In primis dicatur. R In primis semper diurnis Horis dicatur versus: Deus etc. (LECTIONES SELECTAE in loc.).

XVIII 1 Psalm. LXIX, 2.

ordinem terni psalmi usque nonum decimum psalmum; ita sane, ut nonus psalmus et septimus decimus partiantur in binos. Et sic fit, ut ad Vigilias Dominica semper a vicesimo incipiatur.

Ad Tertiam vero, Sextam Nonamque secundae feriae novem capitula quae residua sunt de centesimo octavo decimo, ipsa terna per easdem Horas dicantur. Expenso ergo psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est Dominico et secunda feria, tertia feria iam ad Tertiam, Sextam vel Nonam psallantur terni psalmi, a centesimo nono decimo usque centesimum vicesimum septimum, id est psalmi novem. Quique psalmi semper usque Dominicam per easdem Horas itidem repetantur, hymnorum nihilominus lectionum vel versuum dispositione uniformi cunctis diebus servata; et ita scilicet semper Dominica a centesimo octavo decimo incipietur. 22. feb. 23. iun. 23. oct.

Vespera autem cotidie quattuor psalmorum modulatione canatur. Qui psalmi incipiantur a centesimo nono usque centesimum quadragesimum septimum: exceptis his qui in diversis Horis ex eis sequestrantur, id est, a centesimo septimo decimo usque centesimum vicesimum septimum, et centesimo tricesimo tertio et centesimo quadragesimo secundo; reliqui omnes in Vespera dicendi 23. feb. 24. iun. 24. oct.

sunt. Et quia minus veniunt tres psalmi, ideo dividendi sunt qui ex numero supra scripto fortiores inveniuntur: id est, centesimus tricesimus octavus, et centesimus quadragesimus tertius, et centesimus quadragesimus quartus. Centesimus vero sextus decimus, quia parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum, reliqua, id est lectio, responsum, hymnus, versus, vel canticum, sicut supra taxavimus impleatur. Ad Completorium vero cotidie iidem psalmi repetantur: id est, quartus, nonagesimus, et centesimus tricesimus tertius.

(24. feb. si fuerit bissextilis; alias iungitur praecedenti.) 25. iun. 25. oct.

Disposito ordine psalmodiae diurnae, reliqui omnes psalmi qui supersunt aequaliter dividantur in septem noctium Vigilias, partiendo scilicet qui inter eos prolixiores sunt psalmi, et duodecim per unamquamque constituens noctem: hoc praecipue commonentes, ut si cui forte haec distributio psalmorum displicuerit, ordinet si melius aliter iudicaverit; dum omnimodis id adtendat, ut omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum psallatur, et Dominico die semper a capite reprendatur ad Vigilias: quia nimis iners devotionis suae

54 ABCTKX Completorios. 61 R constituantur. 65 R id attendatur (LECTIONES SELECTAE in loc.). 68 R repetatur (ibid.). 69 ABCTKXOV inertem.

servitium ostendunt monachi, qui minus a psalterio, cum canticis consuetudinariis, per septimanae circulum psallunt; dum quando legamus sanctos Patres nostros uno die hoc strenue implesse, quod nos tepidi utinam septimana integra persolvamus.

CAPUT XIX.

DE DISCIPLINA PSALLENDI.

Ubique credimus divinam esse praesentiam, et oculos Domini in omni loco speculari bonos et malos: maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus cum ad Opus divinum adsistimus. Ideo semper memores simus quod ait Propheta: Servite Domino in timore. Et iterum: Psallite sapienter. Et: In conspectu angelorum psallam tibi. Ergo consideremus qualiter oporteat in conspectu Divinitatis et

24. (25.) feb. 26. iun. 26. oct.

XVIII 72 R cum legamus (LECTIONES SELECTAE in loc.).

XIX 2 Prov. XV, 3. 6 Psalm. II, 11. 7 Psalm. XLVI, 8. 8 Psalm. CXXXVII, 1.

XVIII 73 Dixerunt inter se ut prius ex more complerent orationes et psalmodiam, et postea cibum caperent. Cum autem ingressi fuissent, psallebant totumque psalterium compleverunt (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum III, 6).

angelorum eius esse, et sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostrae. (11)

CAPUT XX.

DE REVERENTIA ORATIONIS.

25. (26.) feb. 27. iun. 27. oct. Si cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate et reverentia; quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate et puritatis devotione supplicandum est! Et non in multiloquio, sed in puritate cordis et conpunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus. Et ideo brevis debet esse et pura

XX 6 (Matth. VI, 7.)

XIX 11 Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in voce (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 7).

XX 1 Si quis iudicem suum videns vel principem, et loquens cum eo, non sibi credit licitum esse vagari oculis . . .; quanto magis qui accedit ad Dominum nusquam debet movere oculum cordis (BASIL., Reg. 108).

7 Lacrimarum conpunctio (CASSIAN., Coll. IX, 28).

8 Frequenter quidem, sed breviter est orandum (ibid. 36).

Utilius censent breves quidem orationes sed creberrimas fieri (CASSIAN., Inst. II, 10).

Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas (AUGUSTIN., Ep. CXXX, 20).

Oratio pura (CASSIAN. *passim;* Coll. II, 22; IV, 2; IX, 3 15; X, 5).

Monachi illud opus est praecipuum ut orationem puram offerat Deo (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 1).

oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur. In conventu tamen omnino brevietur oratio, et facto signo a priore omnes pariter surgant.

CAPUT XXI.

DE DECANIS MONASTERII.

Si maior fuerit congregatio, elegantur de ipsis fratres boni testimonii et sanctae conversationis, et constituantur decani; qui sollicitudinem gerant super decanias suas in omnibus, secundum mandata Dei et praecepta abbatis sui. Qui decani tales elegantur, in quibus securus abbas partiat onera sua; et non elegantur per ordinem sed secundum vitae meritum et sapientiae doctrinam. Quique decani, si ex eis aliqua forte quis inflatus superbia repertus fuerit repraehensibilis, correptus semel et iterum atque tertio, si emendare noluerit, deiciatur, et alter in loco eius, qui dignus est, subrogetur. Et de praeposito eadem constituimus. 26. (27.) feb. 28. iun. 28. oct.

XX 11 Cum manum percusserit stans prior in gradu, oratione finiente, nullus consurget tardius sed omnes pariter levabunt (Reg. Pachomii 6).

Omnes pariter eriguntur (Cassian., Inst. II, 7).

XXI 3 Decani v. Hieron., Ep. XXII, 35.

4 Decania v. Cassian., Inst. IV, 10 etc.

12 Quod si secundo aut tertio admonita emendare noluerit, a communione vel a convivio separetur (Caesar., Reg. ad virg. 10).

CAPUT XXII.

QUOMODO DORMIANT MONACHI.

27. (28.) feb. 29. iun. 29. oct. Singuli per singula lecta dormiant. Lectisternia pro modo conversationis, secundum dispensationem abbatis sui, accipiant. Si potest fieri, omnes in uno loco dormiant: sin autem multitudo non sinit, deni aut viceni cum senioribus, qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadem cella ardeat usque mane. Vestiti dormiant, et cincti cingulis aut funibus, ut cultellos suos ad latus suum non habeant dum dormiunt, ne forte per somnum vulnerent dormientem: et ut parati sint monachi semper, et facto signo absque mora surgentes, festinent invicem se praevenire ad Opus Dei, cum omni tamen gravitate et modestia. Adulescentiores fratres iuxta se non habeant lectos, sed permixti cum senioribus. Surgentes vero ad Opus Dei invicem se moderate cohortentur, propter somnolentorum excusationes.

CAPUT XXIII.

DE EXCOMMUNICATIONE CULPARUM.

28. (29.) feb. 30. iun. 30. oct. Si quis frater contumax, aut inoboediens, aut superbus, aut murmurans, vel in aliquo

---

XXII 9 R et cultellos (Lectiones Selectae in loc.).
11 R vulnerentur dormientes.

contrarius existens sanctae Regulae et praeceptis seniorum suorum, contemtor repertus fuerit; hic secundum Domini nostri praeceptum ammoneatur semel et secundo secrete a senioribus suis. Si non emendaverit, obiurgetur publice coram omnibus. Si vero neque sic correxerit, si intelligit qualis poena sit, excommunicationi subiaceat. Sin autem improbus est, vindictae corporali subdatur.

CAPUT XXIV.

QUALIS DEBET ESSE MODUS EXCOMMUNICATIONIS.

Secundum modum culpae, et excommunicationis vel disciplinae mensura debet ex- 1. mar. 1. iul. 31. oct.

XXIII 6 (Matth. XVIII, 15.)

XXIII 1 Si quis murmuraverit, vel contentiosus exstiterit, aut referens in aliquo contrariam voluntatem praeceptis . . . (Reg. Macarii 12).

Si inoboediens quis fuerit, aut contentiosus, aut contradictor . . . Si inventus fuerit unus e fratribus aliquid per contentionem agens, vel contradicens maioris imperio . . . (Reg. Pachomii 165 150).

6 Ille qui culpabilis invenitur corripiatur ab abbate secretius. Quod si non sufficit ad emendationem, corripiatur a paucis senioribus. Quod si nec sic emendaverit, excommunicetur (Reg. Orient. 32).

XXIV 1 Secundum arbitrium senioris vel modum culpae (Reg. Macarii 12).

Pro qualitate culpae erit excommunicatio (Reg. I SS. Patrum 15).

tendi: qui culparum modus in abbatis pendet iudicio. Si quis tamen frater in levioribus culpis invenitur, a mensae participatione privetur. Privati autem a mensae consortio ista erit ratio: ut in oratorio psalmum aut antiphonam non inponat, neque lectionem recitet, usque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat; ut si verbi gratia fratres reficiunt sexta hora, ille frater nona; si fratres nona, ille vespera: usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

CAPUT XXV.

DE GRAVIORIBUS CULPIS.

2. mar. 2. iul. 1. nov. Is autem frater qui gravioris culpae noxa tenetur, suspendatur a mensa, simul ab oratorio. Nullus ei fratrum in nullo iungatur

---

XXIV 5 ℟ tantum a.
XXV 2 ℟ simul et ab (Lectiones Selectae in loc.).

XXIV 3 Qualitas culpae secundum abbatis ac seniorum arbitrium (Reg. Orient. 32).

7 Quod si in pravitate perseverat, etiam psallendi ei facultas auferatur (ibid.).

A communione orationis, vel a mensa, secundum qualitatem culpae sequestrabitur (Caesar., Reg. ad Virg. 11).

XXV 2 Quem si vel haec confusio non commoverit, abstineatur a conventu fratrum; ita ut nec mensae nec

consortio, nec in conloquio. Solus sit ad opus sibi iniunctum, persistens in paenitentiae luctu, sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis: Traditum eiusmodi hominem in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem Domini. Cibi autem refectionem solus percipiat, mensura vel hora qua praeviderit abbas ei competere: nec a quoquam benedicatur transeunte, nec cibus qui ei datur.

CAPUT XXVI.

DE HIS QUI SINE IUSSIONE IUNGUNT SE EXCOMMUNICATIS.

Si quis frater praesumpserit sine iussione abbatis fratri excommunicato quolibet modo se iungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem sortiatur excommunicationis vindictam. 3. mar. 3. iul. 2. nov.

CAPUT XXVII.

QUALITER DEBEAT ABBAS SOLLICITUS ESSE CIRCA EXCOMMUNICATOS.

Omni sollicitudine curam gerat abbas circa delinquentes fratres: quia non est opus 4. mar. 4. iul. 3. nov.

XXV 7 1 Cor. v, 5. XXVII 2 Matth. IX, 12.

---

missae intersit, neque cum eo ullus frater de iunioribus colloquatur (Reg. Orient. 32).

(XXV 2) Si quis pro admisso quolibet delicto fuerit ab oratione suspensus, nullus cum eo prorsus orandi habet licentiam (CASSIAN., Inst. II, 16).

sanis medicus, sed male habentibus. Et ideo uti debet omnimodo ut sapiens medicus, inmittere senpectas, id est, seniores sapientes fratres, qui quasi secrete consolentur fratrem fluctuantem, et provocent ad humilitatis satisfactionem, et consolentur eum, ne abundantiori tristitia absorbeatur; sed sicut ait item Apostolus: Confirmetur in eo caritas, et oretur pro eo ab omnibus.

Magnopere enim debet sollicitudinem gerere abbas, et omni sagacitate et industria currere, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat. Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem: et metuat Prophetae comminationem per quam dicit Deus: Quod crassum videbatis adsumebatis: et quod debile erat proiciebatis. Et Pastoris boni pium imitetur exemplum, qui relictis nonaginta novem ovibus in montibus, abiit unam ovem quae erraverat quaerere; cuius infirmitati in tantum conpassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur inponere, et sic reportare ad gregem.

---

4 R omni modo (Lectiones Selectae in loc.).
15 R curare (ibid.).

---

8 2 Cor. II, 7. 10 Ibid. 8. 19 Ezech. XXXIV, 3 4. 21 sqq. (Luc. XV, 4 5).

CAPUT XXVIII.

DE HIS QUI SAEPIUS CORREPTI EMENDARE NOLUERINT.

Si quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit, acrior ei accedat correptio, id est, ut verberum vindicta in eum procedat. Quod si nec ita correxerit, aut forte, quod absit, in superbia elatus etiam defendere voluerit opera sua, tunc abbas faciat quod sapiens medicus: si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationum, si medicamina Scripturarum divinarum, si ad ultimum ustionem excommunicationis vel plagarum virgae; et iam si viderit nihil suam praevalere industriam, adhibeat etiam, quod maius est, suam et omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus qui omnia potest operetur salutem circa infirmum fratrem. Quod si nec

5. mar. 5. iul. 4. nov.

1 Qui saepius corripitur, et non se emendaverit, novissimus in ordine stare iubeatur. Qui si nec sic quidem se emendaverit, extraneus habeatur (Reg. Macarii 17).

8—18 Hunc morbum . . . Apostolus, ut verus ac spiritalis medicus . . . salutaribus praeceptorum suorum medicamentis praevenire festinat. . . . austerioribus quibusdam et causticis medicamentis sanare adgreditur nullaque iam mitium verborum fomenta praemittit. . . . ut peritissimus medicus putribus membris, quibus leni medicamento remedium ferre non potuit, mederi spiritalis ferri incisione pertemptat (Cassian., Inst. x, 7).

isto modo sanatus fuerit, tunc iam utatur abbas ferro abscisionis, ut ait Apostolus: Auferte malum ex vobis; et iterum: Infidelis si discedit discedat; ne una ovis morbida omnem gregem contagiet.

CAPUT XXIX.

SI DEBEANT FRATRES EXEUNTES DE MONASTERIO ITERUM RECIPI.

6. mar. 6. iul. 5. nov. Frater qui proprio vitio egreditur de monasterio, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem pro quo egressus est, et sic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc eius humilitas conprobetur. Quod si denuo exierit, usque tertio ita recipiatur, iam postea sciens omnem sibi reversionis aditum denegari.

XXVIII 21 R contaminet (LECTIONES SELECTAE in loc.)

XXIX 1 R egreditur aut proicitur (ibid.).

3 R emendationem vitii pro quo (ibid.).

XXVIII 19 1 Cor. v, 13 20 1 Cor. VII, 15.

XXVIII 20 [Illas] inter virgines non putem debere numerari, sed tanquam contactas oves et morbidas pecudes a sancto et puro grege virginitatis arceri, ne contagio suo ceteras polluant (CYPRIAN., De hab. virg. 17).

[Disciplinam] si ferre recusaverit, et si ipsa non abscesserit, de vestra societate proiciatur . . . ne contagione pestifera plurimas perdat (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 11).

21 Ovis morbida (HIERON., Ep. II, 1; XVI, 1; CXXX, 19).

CAPUT XXX.

DE PUERIS MINORI AETATE QUALITER CORRIPIANTUR.

Omnis aetas vel intellectus proprias debet habere mensuras. Ideoque quotiens pueri vel adulescentiores aetate, aut qui minus intelligere possunt quanta poena sit excommunicationis, hi tales dum delinquunt, aut ieiuniis nimiis affligantur, aut acris verberibus coerceantur, ut sanentur. 7. mar. 7. iul. 6. nov.

CAPUT XXXI.

DE CELLARARIO MONASTERII QUALIS SIT.

Cellararius monasterii eligatur de congregatione sapiens, maturus moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus; sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater. Curam gerat de omnibus: sine iussione abbatis nihil faciat. 8. mar. 8. iul. 7. nov.

XXXI 1—24 Cellerarii cura sit ut abstinentiam et sobrietatem studens illata in monasterio ad sumptus fratrum diligenter et fideliter servet, nihil suscipiens nec quidquam tradens sine auctoritate vel seniorum consilio. Qui etiam omnia utensilia . . . custodiat. . . . Ad victum fratrum proferat et tradat septimanariis . . . neque profuse neque avare, ne vitio ipsius vel monasterii substantia gravetur, vel fratres patiantur iniuriam (Reg. Orient. 25).

Quae iubentur custodiat. Fratres non contristet. Si quis frater ab eo forte aliqua inrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet, sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. Animam suam custodiat, memor semper illud apostolicum quia qui bene ministraverit, gradum bonum sibi adquirit. Infirmorum, infantum, hospitum pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat, sciens sine dubio quia pro his omnibus in diem iudicii rationem redditurus est. Omnia vasa monasterii cunctamque substantiam ac si altaris vasa sacrata conspiciat.

13 1 Tim. III, 13.

8 Ne contristes fratrem tuum, quia monachus es (Verba Seniorum: Vitae Patrum III, 170).

9 Supplicem nullum spernas, et cui dare non potes quod petierit, non eum spernas; si potes dare, da: si non potes, affabilem te praesta (Augustin., Enarr. in Psalm. CIII, I, 19).

13—20 Studere debet [cellerarius] ut audiat: Quia qui bene ministraverit bonum gradum sibi acquirit, et animae suae lucrum facit. Nosse debent etiam fratres quia quidquid in monasterio tractatur, sive in vasis sive in ferramentis, vel cetera omnia, esse sanctificata (Reg. I SS. Patrum 12).

19 [Ferramentis vel utensilibus] sicut vasis Dei, vel his quae iam Deo consecrata sunt, uti debent (Basil., Reg. 103; cf. 104).

. . . pro minimis quibusque vasibus tanquam pro sacrosanctis . . . (Cassian., Inst. IV, 19).

Nihil ducat negligendum. Neque avaritiae studeat, neque prodigus sit et stirpator substantiae monasterii; sed omnia mensurate faciat, et secundum iussionem abbatis.

Humilitatem ante omnia habeat, et cui substantia non est quae tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: Sermo bonus super datum optimum. Omnia quae ei iniunxerit abbas ipsa habeat sub cura sua; a quibus eum prohibuerit non praesumat. Fratribus constitutam annonam sine aliquo typho vel mora offerat, ut non scandalizentur, memor divini eloquii, quid mereatur qui scandalizaverit unum de pusillis. Si congregatio maior fuerit, solacia ei dentur, a quibus adiutus et ipse aequo animo impleat officium sibi commissum. Horis competentibus et dentur quae danda sunt, et petantur quae petenda sunt: ut nemo perturbetur neque contristetur in domo Dei. 9. mar 9. iul. 8. nov.

CAPUT XXXII.

DE FERRAMENTIS VEL REBUS MONASTERII.

Substantia monasterii in ferramentis vel vestibus, seu quibuslibet rebus, praevideat abbas fratres de quorum vita et moribus 10. mar. 10. iul. 9. nov.

XXXI 38 AR *om* et (LECTIONES SELECTAE in loc.).

XXXI 28 Ecclus. XVIII, 17. 34 Matth. XVIII, 6.

securus sit, et eis singula, ut utile iudicaverit, consignet custodienda atque recolligenda. Ex quibus abbas brevem teneat, ut dum sibi in ipsa adsignata fratres vicissim succedunt, sciat quid dat aut quid recipit. Si quis autem sordide aut neglegenter res monasterii tractaverit, corripiatur; si non emendaverit, disciplinae regulari subiaceat.

CAPUT XXXIII.

SI QUID DEBEANT MONACHI PROPRIUM HABERE.

11. mar. 11. iul. 10. nov. Praecipue hoc vitium radicitus amputandum est de monasterio, ne quis praesumat aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam

XXXII 4 AT iudicaverit utile.

XXXII 9 Si quis de fratribus aliquid neglegenter tractaverit . . . (Reg. I SS. Patrum 12).

XXXIII *Titulus.* **Si debet habere aliquid proprium** qui inter fratres est? (Basil., Reg. 29).

1 Radicitus amputare (Cassian., Coll. XVI, 6: *hic etiam agitur de proprietate amputanda*).

2 Nemo quidquam suum vindicet, sed, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, habeant omnia communia . . . sine [abbatis] voluntate nullus frater quidquam agat, neque accipiat ab aliquo aliquid, neque det (Reg. II SS. Patrum 1).

3 Nemo ab altero accipiat quidpiam, nisi praepositus iusserit (Reg. Pachomii 106).

4 Non enim proprium quid habebant (Vita Pachomii 28).

omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria voluntate; omnia vero necessaria a patre sperare monasterii, nec quicquam liceat habere, quod abbas non dederit aut permiserit. Omniaque omnibus sint communia, ut scriptum est, nec quisquam suum aliquid dicat vel praesumat. Quod si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, ammoneatur semel et iterum; si non emendaverit correptioni subiaceat.

8 R in propria potestate.
11 omnibus] omnium A *(solus)*. 12 nec] ne A. *(De proprietate v. etiam c. LV fin.)*

11 Act. IV, 32.

(4) Nemo quidquam proprium habebat, omnia in medium conferebantur (SULPIC. SEV., Vita S. Martini 10).

5 Ne verbo quidem audeat quis dicere aliquid suum . . . (ut) «codicem meum», «tabulas meas», «grafium meum» . . . (CASSIAN., Inst. IV, 13).

8 Sint vobis omnia communia. . . . Victum et vestimenta abbas ministret; quia sicut sancitum ut nihil proprium habeant, ita iustum est ut omnes quae necessaria fuerint a sancto abbate accipiant (CAESAR., Reg. ad mon. 2, 16).

9 Pater monasterii *passim apud Reg. Pachomii et Doctr. Orsiesii pro Abbate usurpatur.*

11 Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 5).

CAPUT XXXIV.

SI OMNES AEQUALITER DEBENT NECESSARIA ACCIPERE.

12 mar. 12. iul. 11. nov. Sicut scriptum est: Dividebatur singulis prout cuique opus erat. Ubi non dicimus ut personarum, quod absit, acceptio sit, sed infirmitatum consideratio; ubi qui minus indiget, agat Deo gratias et non contristetur: qui vero plus indiget, humilietur pro infirmitate, non extollatur pro misericordia; et ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia, ne murmurationis malum pro qualicumque causa in aliquo qualicumque verbo vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit, districtiori disciplinae subdatur.

In titulo ASVR debeant.
12 AR deprehensus quis.

1 Act. IV, 35. 3 (Rom. II, 11.)

Cf. c. LV *fin.*

1 Et distribuatur unicuique vestrum a praeposita vestra victus et tegumentum; non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes, sed unicuique sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum: Quia erant eis omnia communia, et distribuebatur singulis prout cuique opus erat (Augustin., Ep. CCXI, 5).

5 Quae infirmae sunt ex pristina consuetudine si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse nec iniustum videri, quas fecit alia consuetudo fortiores. Nec illas feliciores putent, quia sumunt quod

CAPUT XXXV.

DE SEPTIMANARIIS COQUINAE.

Fratres sibi invicem serviant ut nullus excusetur a coquinae officio, nisi aut aegritudo, aut in causa gravis utilitatis quis occupatus fuerit; quia exinde maior merces et caritas adquiritur. Inbecillibus autem procurentur solacia, ut non cum tristitia hoc faciant; sed habeant omnes solacia, secundum modum congregationis aut positionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellararius excusetur a coquina; vel si qui, ut diximus, maioribus utilitatibus occupantur. Ceteri sibi sub caritate invicem serviant. Egressurus de septimana, sabbato munditias faciat; lintea cum quibus sibi fratres manus aut pedes tergunt, 13. mar. 13. iul. 12. nov.

1 ut] et AT *al.*
3 utilitatis *om* A *(solus)*.
14 aut] ac ATX *al.*

non sumunt ipsae: sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illae (ibid. 9).

1 Pergunt ad mensas quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrant (HIERON., Ep. XXII, 35).

11—19 Singulis hebdomadibus vicissim fratres ad haec officia sibi reddenda succedunt . . . Ministerium totius hebdomadis ita concluditur, ut hi quibus succedendum est, . . . omnibus in ordine pedes abluant. . . . secunda sabbati post matutinos hymnos aliis succedentibus utensilia in quibus ministraverunt ac vasa consignant (CASSIAN., Inst. IV, 19).

lavent; pedes vero tam ipse qui egreditur quam ille qui intraturus est omnibus lavent. Vasa ministerii sui munda et sana cellarario reconsignet; qui cellararius item intranti consignet, ut sciat quod dat aut quod recipit.

14. mar. 14. iul. 13. nov. Septimanarii autem ante unam horam refectionis accipiant super statutam annonam singulos biberes et panem, ut hora refectionis sine murmuratione et gravi labore serviant fratribus suis; in diebus tamen sollemnibus usque ad Missas sustineant. Intrantes et exeuntes hebdomadarii in oratorio, mox Matutinis finitis Dominica, omnium genibus provolvantur, postulantes pro se orari. Egrediens autem de septimana dicat hunc versum: Benedictus es Domine Deus, qui adiuvasti me et consolatus es me. Quo dicto tertio, accepta benedictione egrediens, subsequatur ingrediens et dicat: Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuvandum me festina. Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus, et accepta benedictione ingrediatur.

18 A consignet *(bis)*. 27 A omnibus *(solus)*.

30 Psalm. LXXXV, 17. 33 Psalm. LXIX, 2.

23 **Sine murmure serviant sororibus suis** (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 13).

CAPUT XXXVI.

DE INFIRMIS FRATRIBUS.

Infirmorum cura ante omnia et super omnia adhibenda est, ut sicut revera Christo, ita eis serviatur, quia ipse dixit: Infirmus fui et visitastis me; et: Quod fecistis uni de his minimis mihi fecistis. Sed et ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi serviri, et non superfluitate sua contristent fratres suos servientes sibi. Qui tamen patienter portandi sunt, quia de talibus copiosior merces adquiritur. Ergo cura maxima sit abbati ne aliquam neglegentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata, et servitor timens Deum et diligens ac sollicitus. Balnearum usus infirmis quotiens expedit offeratur: sanis autem, et maxime iuvenibus, tardius concedatur. Sed et carnium esus infirmis omnino

15. mar. 15. iul. 14. nov.

7 ABVS servire.
17 R omninoque.

3 Matth. xxv, 36. 4 Ibid. 40.

1—5 Quali affectu debemus infirmis fratribus ministrare? Sicut ipsi Domino offerentes obsequium, qui dixit: Quia cum fecistis uni ex minimis istis fratribus meis, mihi fecistis (Basil., Reg. 36).

17 Pullos et carnes numquam sani accipiant: infirmis quicquid necesse fuerit ministretur (Caesar., Reg. ad mon. 24).

debilibus pro reparatione concedatur; at ubi meliorati fuerint, a carnibus more solito omnes abstineant. Curam autem maximam habeat abbas, ne a cellarariis aut a servitoribus neglegantur infirmi, et ipsum respicit quicquid a discipulis delinquitur.

CAPUT XXXVII.

DE SENIBUS VEL INFANTIBUS.

16. mar. 16. iul. 15. nov. Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his aetatibus, senum videlicet et infantum, tamen et Regulae auctoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis inbecillitas, et nullatenus eis districtio Regulae teneatur in alimentis; sed sit in eis pia consideratio, et praeveniant horas canonicas.

CAPUT XXXVIII.

DE HEBDOMADARIO LECTORE.

17. mar. 17. iul. 16. nov. Mensis fratrum lectio deesse non debet, nec fortuito casu qui arripuerit codicem legere ibi, sed lecturus tota hebdomada Dominica ingrediatur. Qui ingrediens post

---

19 AT fuerunt. XXXVII 5 AT ullatenus. XXXVIII 1 R fratrum edentium. 3 R legere audeat (LECTIONES SELECTAE in loc.).

XXXVII 5 Vinum tantum senes accipiunt, quibus cum parvulis saepe fit prandium, ut aliorum fessa sustentetur aetas, aliorum non frangatur incipiens (HIERON., Ep. XXII, 35).

Missas et Communionem petat ab omnibus pro se orari, ut avertat ab ipso Deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus, ipso tamen incipiente: Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam; et sic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum. Et summum fiat silentium, ut nullius mussitatio vel vox, nisi solius legentis, ibi audiatur. Quae vero necessaria sunt comedentibus et bibentibus, sic sibi vicissim ministrent fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscumque signi potius petatur quam voce.

17 A si quis *(solus)*.

9 Psalm. L, 17.

12 Est autem eis et in capiendo cibo summum silentium (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 3).

12—18 Tantum silentium ab omnibus exhibetur, ut, cum in unum tanta numerositas fratrum refectionis obtentu consederit, nullus ne muttire quidem audeat praeter eum qui suae decaniae praeest; qui tamen si quid mensae superinferri vel auferri necessarium esse perviderit, sonitu potius quam voce significat (CASSIAN., Inst. IV, 17).

17 Si aliquid opus fuerit, quae mensae praeest sollicitudinem gerat, et quod est necessarium nutu magis quam voce petat (CAESAR., Reg. ad virg. 16).

Si aliquid necessarium fuerit in mensa, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signum sonitu dabit (Reg. Pachomii 33).

Nec praesumat ibi aliquis de ipsa lectione aut aliunde quicquam requirere, ne detur occasio; nisi forte prior pro aedificatione voluerit aliquid breviter dicere. Frater autem lector hebdomadarius accipiat mixtum priusquam incipiat legere, propter Communionem sanctam, et ne forte grave sit ei ieiunium sustinere; postea autem cum coquinae hebdomadariis et servitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant aut cantent, sed qui aedificant audientes.

CAPUT XXXIX.

DE MENSURA CIBI.

18. mar. 18. iul. 17. nov. Sufficere credimus ad refectionem cotidianam tam sextae quam nonae, omnibus mensis cocta duo pulmentaria, propter diversorum infirmitates; ut forte qui ex illo non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus sufficiant; et si fuerit unde poma aut nascentia leguminum, addatur et tertium. Panis libra una

20 R ne detur occasio maligno.
In titulo ABCTXO cibus.

19 Nec alicuius audiatur sermo nisi divinus, qui ex pagina proferatur, et eius qui praeest patris (Reg. I SS. Patrum 8).

21 Ad mensam specialiter nullus loquatur, nisi qui praeest, vel qui interrogatus fuerit (Reg. Macarii 18).

propensa sufficiat in die, sive una sit refectio, sive prandii et cenae. Quod si cenaturi sunt, de eadem libra tertia pars a cellarario servetur, reddenda cenandis. Quod si labor forte factus fuerit maior, in arbitrio et potestate abbatis erit, si expediat, aliquid augere, remota prae omnibus crapula, et ut nunquam subripiat monacho indigeries: quia nihil sic contrarium est omni Christiano quomodo crapula, sicut ait Dominus noster: Videte ne graventur corda vestra crapula. Pueris vero minore aetate non eadem servetur quantitas, sed minor quam maioribus, servata in omnibus parcitate. Carnium vero quadrupedum omnimodo ab omnibus abstineatur comestio, praeter omnino debiles aegrotos.

CAPUT XL.

DE MENSURA POTUS.

Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius vero sic; et ideo cum aliqua scrupulositate a nobis mensura victus aliorum constituitur; tamen infirmorum contuentes inbecillitatem, credimus heminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus

19. mar. 19. iul. 18. nov.

25 R debiles et aegrotos (LECT. SEL. in loc.).

19 Luc. XXI, 34. XL 1 1 Cor. VII, 7.

tolerantiam abstinentiae, propriam se habituros mercedem sciant.

Quod si aut loci necessitas, vel labor aut ardor aestatis amplius poposcerit, in arbitrio prioris consistat, considerans in omnibus ne subrepat satietas aut ebrietas. Licet legamus vinum omnino monachorum non esse, sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltim vel hoc consentiamus, ut non usque ad satietatem bibamus, sed parcius: quia vinum apostatare facit etiam sapientes. Ubi autem necessitas loci exposcit, ut nec supra scripta mensura inveniri possit, sed multo minus aut ex toto nihil, benedicant Deum qui ibi habitant, et non murmurent: hoc ante omnia ammonentes, ut absque murmurationibus sint.

CAPUT XLI.

QUIBUS HORIS OPORTET REFICERE.

20. mar. 20. iul. 19. nov. A sancto Pascha usque Pentecosten ad sextam reficiant fratres, et sera cenent. A

In titulo AR reficere fratres (LECTIONES SELECTAE in loc.).

XL 18 Ecclus. XIX, 2.

XL 13 Dixit eis [Pastor]: Quia **vinum monachorum omnino non est** (VERBA SENIORUM: Vitae Patrum V, IV, 31).

17 Ut non usque ad satietatem persistamus in edendo (BASIL., Reg. 9).

Pentecoste autem tota aestate, si labores agrorum non habent monachi, aut nimietas aestatis non perturbat, quarta et sexta feria ieiunent usque ad nonam: reliquis diebus ad sextam prandeant. Quae prandii sexta, si operas in agris habuerint, aut aestatis fervor nimius fuerit, continuanda erit, et in abbatis sit providentia. Et sic omnia temperet atque disponat, qualiter et animae salventur, et quod faciunt fratres absque iusta murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembris usque caput Quadragesimae ad nonam semper reficiant. In Quadragesima vero usque in Pascha ad vesperam reficiant. Ipsa tamen Vespera sic agatur, ut lumen lucernae non indigeant reficientes, sed luce adhuc diei omnia consummentur. Sed et omni tempore sive cena sive refectionis hora sic temperetur, ut luce fiant omnia.

8 AB operis (LECTIONES SELECTAE in loc.).
12 R absque ulla murmuratione (ibid.).
13 A ab Idus *(sic omnes)*.

1—10 Bis in hebdomada, quarta et sexta Sabbati, ab omnibus ieiunatur, excepto tempore Paschae et Pentecostes. Aliis diebus comedunt qui volunt post meridiem: et in cena similiter mensa ponitur, propter laborantes, senes et pueros, aestusque gravissimos (HIERON., Praef. in Reg. Pachomii 5).

CAPUT XLII.

UT POST COMPLETORIUM NEMO LOQUATUR.

21. mar. 21. iul. 20. nov. Omni tempore silentium debent studere monachi, maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore, sive ieiunii sive prandii, si tempus fuerit prandii, mox surrexerint a cena, sedeant omnes in unum et legat unus Collationes vel Vitas Patrum, aut certe aliud quod aedificet audientes; non autem Heptateucum aut Regum, quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc Scripturam audire; aliis vero horis legantur. Si autem ieiunii dies fuerit, dicta Vespera, parvo intervallo mox adcedant ad lectionem Collationum, ut diximus; et lectis quattuor aut quinque foliis, vel quantum hora permittit, omnibus in unum occurrentibus per hanc moram lectionis, si qui forte in adsignato sibi conmisso fuit occupatus. Omnes ergo in unum positi conpleant, et exeuntes a Conpletoriis nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod si inventus fuerit quisquam praevaricare hanc taciturnitatis regulam, gravi vindictae subiaceat; excepto si necessitas hospitum supervenerit, aut forte abbas alicui aliquid iusserit. Quod tamen et ipsud cum summa gravitate et moderatione honestissima fiat.

17 R occupatus occurrat. 26 R honestissime

CAPUT XLIII.

DE HIS QUI AD OPUS DEI VEL AD MENSAM TARDE OCCURRUNT.

Ad horam divini Officii, mox auditum fuerit signum, relictis omnibus quaelibet fuerint in manibus, summa cum festinatione curratur; cum gravitate tamen, ut non scurrilitas inveniat fomitem. Ergo nihil Operi Dei praeponatur. 22. mar. 22. iul. 21. nov.

Quod si quis in nocturnis Vigiliis post «Gloriam» psalmi nonagesimi quarti, quem propter hoc omnino subtrahendo et morose volumus dici, occurrerit, non stet in ordine

1 ABCTV auditus fuerit signus.

1—6 Ad horam orationis dato signo qui non statim praetermisso omni opere quod agit paratus fuerit, foras excludatur, ut erubescat; **quia nihil orationi praeponendum est** (Reg. Macarii 14).

In eodem puncto quo ad aures eius sonitus pulsantis [ad orationem] advenerit, summa velocitate prosiliens ne tantum quidem morae interponat, quantum coepti apicis consummet effigiem, sed inperfectas litterae lineas derelinquens, . . . obedientiae virtutem ex sequi toto studio atque aemulatione festinet (CASSIAN., Inst. IV, 12).

5 Orationi nihil praeponas tota die (PORCAR., Monita).

7 In nocturnis conventiculis usque ad secundum psalmum praebetur tardanti dilatio (CASSIAN., Inst. III, 7).

Nocte, quoniam corporis infirmitati plus aliquid conceditur, qui post tres orationes *[idem quod post tres psalmos]* venerit . . . corripietur (Reg. Pachomii 10).

suo in choro, sed ultimus omnium stet, aut in loco quem talibus neglegentibus seorsum constituerit abbas, ut videantur ab ipso vel ab omnibus; usque dum completo Opere Dei, publica satisfactione paeniteat. Ideo autem eos in ultimo aut seorsum iudicavimus debere stare, ut visi ab omnibus, vel pro ipsa verecundia sua emendent. Nam si foris oratorium remaneant, erit forte talis qui se aut recollocet et dormiat, aut certe sedeat sibi foris, vel fabulis vacet, et datur occasio maligno; sed ingrediantur intus, ut nec totum perdant, et de reliquo emendent. Diurnis autem Horis, qui ad Opus Dei post versum et «Gloriam» primi psalmi qui post versum dicitur, non occurrerit, lege qua supradiximus in ultimo stent: nec praesumant sociari choro psallentium usque ad satisfactionem, nisi forte abbas licentiam dederit remissione sua; ita tamen ut satisfaciat reus ex hoc.

20 21 AO*alii* dormit . . . sedit *(sic)* . . . vacat.

23 Is vero qui in tertia, sexta, vel nona, priusquam coeptus finiatur psalmus, ad orationem non occurrerit, ulterius oratorium introire non audet nec semet ipsum admiscere psallentibus; sed [stat] pro foribus . . . donec egredientibus cunctis, summissa in terram paenitentia, negligentiae suae vel tarditatis inpetret veniam (CASSIAN., Inst. III, 7).

Per diem qui ad unam orationem *[scil. post primum psalmum]* tardius venerit... corripietur (Reg. Pachomii 9).

Ad mensam autem qui ante versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum et orent, et sub uno omnes accedant ad mensam; qui per neglegentiam suam aut vitio non occurrerit, usque secundam vicem pro hoc corripiatur: si denuo non emendaverit, non permittatur ad mensae communis participationem, sed sequestratus a consortio omnium reficiat solus, sublata ei portione sua vini, usque ad satisfactionem et emendationem. Similiter autem patiatur qui et ad illum versum non fuerit praesens qui post cibum dicitur. Et ne quis praesumat ante statutam horam vel postea quicquam cibi aut potus praesumere. Sed et cui offertur aliquid a priore et accipere renuit, hora qua desideraverit hoc quod prius recusavit aut aliud, omnino nihil percipiat, usque ad emendationem congruam. 23. mar. 23. iul. 22. nov.

CAPUT XLIV.

DE HIS QUI EXCOMMUNICANTUR QUOMODO SATISFACIANT.

Qui pro gravibus culpis ab oratorio et a mensa excommunicantur, hora qua Opus Dei 24. mar. 24. iul. 23. nov.

40 ABCT vinum (LECTIONES SELECTAE in loc.).

34—38 Quae signo tacto tardius ad opus Dei vel ad opera venerit, increpationi, ut dignum est, subiacebit. Quod si secundo aut tertio admonita emendare noluerit, a communione vel a convivio separetur (CAESAR., Reg. ad virg. 10).

in oratorio percelebratur, ante fores oratorii prostratus iaceat nihil dicens, nisi tantum posito in terra capite stratus pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus. Et hoc tam diu faciat usque dum abbas iudicaverit satisfactum esse. Qui dum iussus ab abbate venerit, volvat se ipsius abbatis deinde omnium vestigiis, ut orent pro ipso. Et tunc, si iusserit abbas, recipiatur in choro vel ordine quo abbas decreverit: ita sane, ut psalmum aut lectionem vel aliud quid non praesumat in oratorio imponere, nisi iterum abbas iubeat. Et omnibus Horis, dum perconpletur Opus Dei, proiciat se in terra

1 A *om* a *(solus)*.
3, 16 R celebratur. completur.
11 AR vel in ordine.

1—4 Ex qualibet causa quis peccaverit frater, ab oratione suspendatur et ieiuniis distringatur. Quod si coram omnibus fratribus prostratus veniam postulaverit, dimittatur illi (Reg. Macarii 26).

3—8 Cunctis in synaxi fratribus congregatis tamdiu prostratus in terram veniam postulabit, donec orationum consummetur sollemnitas, inpetraturus eam cum iussus fuerit abbatis iudicio de solo surgere (Cassian., Inst. IV, 16).

Si quis pro admisso quolibet delicto fuerit ab oratione suspensus, nullus cum eo prorsus orandi habet licentiam, antequam summissa in terram paenitentia, reconciliatio eius et admissi venia coram fratribus cunctis publice fuerit ab abbate concessa (ibid. II, 16).

in loco quo stat; et sic satisfaciat, usque dum ei iubeat iterum abbas, ut quiescat iam ab hac satisfactione. Qui vero pro levibus culpis excommunicantur tantum a mensa, in oratorio satisfaciant usque ad iussionem abbatis. Hoc perficiant usque dum benedicat et dicat: Sufficit.

CAPUT XLV.

DE HIS QUI FALLUNTUR IN ORATORIO.

Si quis, dum pronuntiat psalmum, responsorium, antiphonam vel lectionem, fallitus fuerit, nisi satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictae subiaceat; quippe qui noluit humilitate corrigere quod neglegentia deliquit. Infantes autem pro tali culpa vapulent. 25. mar. 25. iul. 24. nov.

CAPUT XLVI.

DE HIS QUI IN ALIIS QUIBUSLIBET REBUS DELINQUUNT.

Si quis dum in labore quovis in coquina, in cellario, in ministerio, in pistrino, in horto, 26. mar. 26. iul. 25. nov.

XLV 2 R fallitur.

XLV 1 Si decantans psalmum vel modicum titubaverit . . . non aliter neglegentiam suam quam publica diluet paenitentia (CASSIAN., Inst. IV, 16).

5 Nisi pro neglegentia praesenti confestim vera humilitate subnixius satisfacere festinarit (ibid. III, 7).

in artem aliquam dum laborat, vel in quocumque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam aut perdiderit, vel aliud quid excesserit, ubi et non veniens continuo ante abbatem vel congregationem, ipse ultro satisfecerit et prodiderit delictum suum; dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi. Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum abbati, aut spiritalibus senioribus, patefaciat, qui sciat curare et sua et aliena vulnera, non detegere et publicare.

CAPUT XLVII.

DE SIGNIFICANDA HORA OPERIS DEI.

27. mar. 27. iul. 26. nov. Nuntianda hora Operis Dei die noctuque sit cura abbatis, aut ipse nuntiare, aut tali sollicito fratri iniungat hanc curam, ut omnia horis conpetentibus conpleantur. Psalmos

---

XLVI 6 R *om* ubi (Lectiones Selectae in loc.).

12 R curare sua, et aliena vulnera non d. aut p. (Lectiones Selectae in loc.).

XLVII 1 ABC(T) dies noctisque.

XLVI 4 Si quis [aliquid] casu aliquo fregerit, non aliter neglegentiam suam quam publica diluet paenitentia (Cassian., Inst. IV, 16).

Si vas fictile fregerit . . . Si aliquis aliquid perdiderit . . . corripietur (Reg. Pachomii 125 131).

7 Si hoc ultro confitetur, parcatur illi et oretur pro ea; si autem deprehenditur atque convincitur . . . gravius emendetur (Augustin., Ep. CCXI, 11).

autem vel antiphonas post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit inponant. Cantare autem et legere non praesumat, nisi qui potest ipsud officium implere ut aedificentur audientes; quod cum humilitate et gravitate et tremore fiat, et cui iusserit abbas.

CAPUT XLVIII.

DE OPERA MANUUM COTIDIANA.

Otiositas inimica est animae; et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari: id est, ut a Pascha usque Kalendas Octobres a mane exeuntes a prima usque horam pene quartam laborent quod necessarium fuerit. Ab hora autem

28. mar. 28. iul. 27. nov.

XLVII 6 AT fuerint.

XLVII 6 Astantibus ad orationem nullus praesumat sine praecepto qui praeest patris psalmi laudem emittere (Reg. I SS. Patrum 6).

XLVIII 1 Et Salomon: **Otiositas inimica est animae** (Basil., Reg. 192: *Salomonis vero non est, neque in textu graeco S. Basilii invenitur*).

1—4 Multo mallem per singulos dies **certis horis ... aliquid manibus operari et ceteras** [*al* certas] **horas habere ad legendum** et orandum aut aliquid de divinis litteris agendum liberas (Augustin., De opere mon. xxix).

quarta usque hora quasi sexta agente lectioni vacent. Post sextam autem surgentes a mensa, pausent in lectis suis cum omni silentio; aut forte qui voluerit legere, sibi sic legat ut alium non inquietet. Et agatur Nona temperius, mediante octava hora: et iterum quod faciendum est operentur usque ad vesperam. Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit, ut ad fruges recolligendas per se occupentur, non contristentur; quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut et patres nostri et Apostoli. Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.

9 R usque ad horam quasi sextam (*om* agente). AC agent (LECTIONES SELECTAE in loc.).

(usque *cum ablativo invenitur etiam ll. 7 26 33 34 in AX:* usque fundo *citatur ex inscriptione apud De Vit, Lexicon.*)

11 ABTO lecta sua; A* lectulis suis.

12 R qui voluerit sibi legere, sic legat ut etc. (LECTIONES SELECTAE in loc.).

17 A*XO exigerit. AT recollegendas (A* -lig-).

19 (1 Cor. IV, 12.)

19 Ex propriis manibus vivere (Vita Antonii 50, *al* 25). Quotidianum victum labore manuum quaerens (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 1).

[Monachi Romani] ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed orientis more et Pauli apostoli auctoritate manibus suis se transigunt (AUGUSTIN., De mor. Eccl. Cath. I, 70).

A Kalendis autem Octobris usque caput Quadragesimae, usque in horam secundam plenam lectioni vacent: hora secunda agatur Tertia; et usque nonam omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. Facto autem primo signo nonae horae, deiungant ab opera sua singuli, et sint parati dum secundum signum pulsaverit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis. 29. mar. 29. iul. 28. nov.

In Quadragesimae vero diebus, a mane usque tertiam plenam vacent lectionibus suis, et usque decimam horam plenam operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadragesimae accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant: qui codices in caput Quadragesimae dandi sunt. Ante omnia sane deputentur unus aut duo seniores, qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni, et videant ne forte inveniatur frater acediosus, qui vacat otio aut fabulis, et non est inten-

24 ATX usque in hora secunda plena.
28 R disiungant se.

24 Omni tempore usque ad tertiam legant: post tertiam unusquisque sibi opera iniuncta faciat (CAESAR., Reg. ad mon. 14).

Post horam secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam, ut quidquid iniunctum fuerit, sine murmuratione perficiat (Reg. Macarii 11).

tus lectioni, et non solum sibi inutilis est, sed etiam alios distollit. Hic talis, si, quod absit, repertus fuerit, corripiatur semel et secundo: si non emendaverit, correptioni regulari subiaceat taliter ut ceteri timeant. Neque frater ad fratrem iungatur horis inconpetentibus.

30. mar. 30. iul. 29. nov. Dominico item die lectioni vacent omnes, excepto his qui variis officiis deputati sunt. Si quis vero ita neglegens et desidiosus fuerit, ut non velit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet. Fratribus infirmis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur aut effugentur; quorum inbecillitas ab abbate consideranda est.

CAPUT XLIX.

DE QUADRAGESIMAE OBSERVATIONE.

31. mar. 31. iul. 30. nov. Licet omni tempore vita monachi Quadragesimae debet observationem habere, tamen

45 R extollat. 52 R exceptis iis.
58 ABCT violenti laboris *(sic)*. aut] ut R.

51 Dominicis diebus orationi tantum et lectionibus vacant (HIERON., Ep. XXII, 35).

55 Ne plus operis fratres compellantur facere; sed moderatus labor omnes ad operandum provocet (Reg. Pachomii 179).

quia paucorum est ista virtus, ideo suademus istis diebus Quadragesimae omni puritate vitam suam custodire, omnes pariter et neglegentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc digne fit, si ab omnibus vitiis temperamus, orationi cum fletibus, lectioni, et conpunctioni cordis, atque abstinentiae operam damus. Ergo his diebus

---

1—10 Haec autem praeparatio, **licet omni tempore** salubriter assumatur, . . . nunc tamen sollicitius expetenda est. . . . Scientes enim [adversarii nostri] adesse **sacratissimos** Quadragesimae **dies,** in quorum observantia omnes praeteritae desidiae castigantur, **omnes negligentiae diluuntur,** etc. (Leo M., Serm. de Quad. I, 2).

Debebatur quidem tantis mysteriis ita incessabilis devotio et continuata reverentia, ut tales permaneremus in conspectu Dei, quales nos in ipso paschali festo dignum est inveniri. **Sed quia haec fortitudo paucorum est** . . . magna divinae institutionis salubritate provisum est, ut ad reparandum mentium puritatem quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus **aliorum temporum culpas** et pia opera redimerent et ieiunia casta decoquerent (ibid. IV, 1).

Deo ita demum sacrificium verae abstinentiae et verae pietatis offerimus, **si nos ab omni malitia contineamus** (ibid. 6).

10 Omnem observantiam nostram ratio istorum dierum poscat augeri (ibid. II, 1).

Ad mensuram consuetudinis nostrae necessariis aliquid addamus augmentis (ibid.)

Debet esse aliquid quod Quadragesimae diebus addatur (*al* augeatur) (Ambros., De Virginibus III, 17).

augeamus nobis aliquid solito penso servitutis nostrae, orationes peculiares, ciborum et potus abstinentiam; ut unusquisque super mensuram sibi indictam aliquid propria voluntate cum gaudio Sancti Spiritus offerat Deo: id est, subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, et cum spiritalis desiderii gaudio sanctum Pascha expectet. Hoc ipsud tamen quod unusquisque offert, abbati suo suggerat, et cum eius fiat oratione et voluntate: quia quod sine permissione patris spiritalis fit, praesumptioni deputabitur et vanae gloriae, non mercedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda sunt.

CAPUT L.

DE FRATRIBUS QUI LONGE AB ORATORIO LABORANT AUT IN VIA SUNT.

1. apr. 1. aug. 1. dec. Fratres qui omnino longe sunt in labore, et non possunt occurrere hora conpetenti

15 (1 Thess. 1, 6.)

10—19 Cum fuisset ingressus [in monasterium Tabennense Macarius] et post breve tempus supervenissent Quadragesimae dies, vidit diversos vario more viventes: alium vespertinis horis solventem ieiunium, alium vero post biduum, alios etiam cibum post dies quinque gustantes; stantes quoque alios noctibus totis, sedentes diebus (PALLAD., Hist. Laus., versio antiqua, «de Macario Alex.»).

24 Sine [abbatis] voluntate nullus frater quidquam agat (Reg. II SS. Patrum 1).

ad oratorium, et abbas hoc perpendit quia ita est, agant ibidem Opus Dei ubi operantur, cum tremore divino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt, non eos praetereant horae constitutae: sed ut possunt agant sibi, et servitutis pensum non neglegant reddere.

CAPUT LI.

DE FRATRIBUS QUI NON LONGE SATIS PROFICISCUNTUR.

Frater qui pro quovis responso dirigitur, et ea die speratur reverti ad monasterium, non praesumat foris manducare, etiam si omnino rogetur a quovis: nisi forte ei ab abbate suo praecipiatur. Quod si aliter fecerit, excommunicetur. 2. apr. 2. aug. 2. dec.

CAPUT LII.

DE ORATORIO MONASTERII.

Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur aut condatur. Expleto Opere Dei omnes cum summo silentio 3. apr. 3. aug. 3. dec.

L 3 ACTKX perpendet.

L 2 Si corporaliter non occurrat adesse cum ceteris ad orationis locum, in quocunque loco inventus fuerit, quod devotionis est expleat (Basil., Reg. 107).

6 Si in navi fuerit, et in monasterio, et in agro, et in itinere, et in quolibet ministerio, orandi et psallendi tempora non praetermittat (Reg. Pachomii 142).

exeant, et habeatur reverentia Deo; ut frater qui forte sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius inprobitate. Sed et si aliter vult sibi forte secretius orare, simpliciter intret et oret; non in clamosa voce, sed in lacrimis et intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit, non permittatur, expleto Opere Dei, remorari in oratorio, sicut dictum est, ne alius impedimentum patiatur.

CAPUT LIII.

DE HOSPITIBUS SUSCIPIENDIS.

Omnes supervenientes hospites tamquam
4. apr. 4. aug. 4. dec. Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: Hospis fui, et suscepistis me. Et omni-

---

LII 6 AKR *om* et.
R alter (LECTIONES SELECTAE in loc.).
10 R expleto.

LIII 3 Matth. XXV, 35.

LII 1—6 **In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit; ut si aliquae etiam praeter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint, non eis sint impedimento, quae ibi aliquid agere voluerint** (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 7).

9 Omni cordis intentione [orare] (CASSIAN., Inst. II, 5 12).

(Intentio cordis cf. CASSIAN., Coll. I, 7; IV, 4; IX, 6 7; XXIII, 11; Inst. V, 34).

LIII 1—27 Occurrerunt nobis fratres, ... et adorantes in facies suas usque ad terram, osculabantur nos. ... Ubi autem appropinquare iam coepimus, etiam ipse

bus congruus honor exhibeatur, maxime domesticis fidei et peregrinis. Ut ergo nuntiatus fuerit hospis, occurratur ei a priore vel a fratribus cum omni officio caritatis; et primitus orent pariter, et sic sibi socientur in pace. Quod pacis osculum non prius offeratur nisi oratione praemissa, propter

5 (Gal. VI, 10.)

[abbas] procedit in occursum. Et ut vidit nos, statim prior adoravit usque ad terram, et surgens osculo nos suscepit. Ubi autem ingressi sumus monasterium, oratione prius (ut moris est) data, pedes nostros propriis manibus lavat, et cetera quae ad requiem corporis pertinent adimplevit. . . . Multa de hospitalitatis studio disserebat, et praecipiebat attentius ut adventantes fratres quasi Domini suscipiamus adventum. Nam et **adorari fratres** adventantes propterea traditio habetur, ut certum sit **in adventu eorum adventum Domini Iesu haberi, qui dicit: Hospes fui et suscepistis me** (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 7).

Velut angelum Dei excipientes adorant, pedes lavant, ad orationem invitant, mensam ponunt (ibid. 1).

Cumque salutans nos orasset more sibi solito, pedes hospitum propriis manibus lavat, et docere nos ex Scripturis quae ad aedificationem vitae ac fidei pertinent, coepit (ibid. 2).

Cum vidisset nos, et osculo salutasset, atque ex more post orationem etiam pedes lavisset (ibid. 9).

4 Quando ad ostium monasterii aliqui venerint, si clerici fuerint aut monachi, maiori honore suscipiantur; lavabuntque pedes eorum (Reg Pachomii 51).

10 Forma huius modi inter monachos observatur, ut si quis ad eos veniat . . . ante omnia oratio fiat, ut

inlusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus sive discedentibus hospitibus, inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra, Christus in eis adoretur, qui et suscipitur.

Suscepti autem hospites ducantur ad orationem, et postea sedeat cum eis prior, aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex divina ut aedificetur, et post haec omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium a priore frangatur propter hospitem, nisi forte praecipuus sit dies ieiunii qui non possit violari;

---

nomen Domini invocetur: quia si fuerit aliqua transformatio daemonis, continuo oratione facta diffugiet (Rufin., Hist. mon. in Aegypto 1).

21 Habebat hospitalem cellulam, in qua adventantes hospitio recipiat et omni humanitate refoveat (Rufin., Hist. mon. in Aegypto 17).

Supervenientibus fratribus . . . humanitatem quam iubemur omnibus exhibere . . . (Cassian., Coll. II, 25; cf. 26).

21—23 Tanta cordis alacritate nos suscipi mirabamur, ut nulla prorsus usque ad praestitutam ieiunii horam refectionis regula servaretur, sed absque legitimis quartae sextaeque feriae, cotidiana statio solveretur. . . . [Respondit senior:] Suscipiens in vobis Christum reficere eum debeo (Inst. V, 24).

Si velit quis in fratris adventu, in quo Christum debet humanitate reficere et gratissima susceptione conplecti, austeritatem ieiunii custodire, nonne inhumanitatis potius crimen incurrit quam laudem et meritum religionis adquirit? (Coll. XXI, 14).

fratres autem consuetudines ieiuniorum prosequantur. Aquam in manibus abbas hospitibus det; pedes hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lavet; quibus lotis, hunc versum dicant: Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum et peregrinorum maxime susceptioni cura sollicite exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur; nam divitum terror ipse sibi exigit honorem.

Coquina abbatis et hospitum super se sit, ut incertis horis supervenientes hospites, qui numquam desunt monasterio, non inquietentur fratres. In qua coquina ad annum ingrediantur duo fratres, qui ipsud officium bene impleant. Quibus, ut indigent, solacia amministrentur, ut absque murmuratione serviant: et iterum quando occupationem minorem habent, exeant ubi eis imperatur in opera. Et non solum ipsis, sed et in omnibus officiis monasterii ista sit consideratio, ut quando indigent solacia adcommodentur

5. apr.
5. aug.
5. dec.

---

31 A susceptio *(sic)*.
43 et²] etiam A (et etiam X).

---

28 Psalm. XLVII, 10.

---

30 Ne inanem dimittas pauperem, ne forte Dominus in hospite aut in paupere ad te veniat (Reg. Macarii 20).

eis: et iterum quando vacant oboediant imperatis. Item et cellam hospitum habeat adsignatam frater cuius animam timor Dei possidet: ubi sint lecti strati sufficienter, et domus Dei a sapientibus et sapienter ministretur. Hospitibus autem cui non praecipitur nullatenus societur neque conloquatur: sed si obviaverit aut viderit, salutatis humiliter, ut diximus, et petita benedictione, pertranseat dicens sibi non licere conloqui cum hospite.

CAPUT LIV.

SI DEBEAT MONACHUS LITTERAS VEL ALIQUID SUSCIPERE.

6. apr. 6. aug. 6. dec. Nullatenus liceat monacho neque a parentibus suis neque a quoquam hominum, nec sibi invicem litteras, eulogias, vel quae-

47 item] idem A.
50 R *om* et.
52 AT ullatenus.

47—56 Venientibus [hospitibus] nullus nisi unus, cui cura circa hospitale fuerit iniuncta, occurrat, et responsum det venientibus. Orare vel pacem offerre non liceat ulli, nisi primo videatur ab eo qui praeest patre; et oratione simul peracta, sequatur ordine suo pacis officium reddere. Nec licebit alicui fratri cum superveniente sermocinari. . . . Venientibus vero fratribus ad horam refectionis, non licebit peregrino fratri cum fratribus manducare, nisi cum eo qui praeest patre, ut possit aedificari (Reg. I SS. Patrum 8).

libet munuscula accipere aut dare, sine praecepto abbatis. Quod si etiam a parentibus suis ei quicquam directum fuerit, non praesumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi, in abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: et non contristetur frater, cui forte directum

---

1—5 Nemo ab altero accipiat quidpiam, nisi praepositus iusserit (Reg. Pachomii 106).

Quaecumque . . . occulte ab aliquo **litteras vel quaelibet munuscula accipiat** . . . (Augustin., Ep. ccxi, 11).

Nullus occulte aliquid accipiat; praecipue epistolas sine scientia abbatis nullus accipiat nec transmittat (Caesar., Reg. ad mon. 15).

Si epistolam cuiuscumque suscipere, si rescribere sine suo abbate temptarit . . . (Cassian., Inst. iv, 16).

5—9 Consequens ergo est ut etiam illud quod suis vel filiabus vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquis vel aliqua contulerit, sive vestem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur sed **sit in potestate praepositae**, ut in commune redactum, **cui necessarium fuerit praebeatur** (Augustin., Ep. ccxi, 12).

Si aliquis de propinquis aliquid [monacho] transmiserit, offerat abbati: si ipsi est necessarium ipso iubente habeat; si illi necesse non est, in commune redactum cui opus est tribuatur (Caesar., Reg. ad mon. 1; cf. Reg. ad virg. 40).

Si [propinquus monacho] aliquid attulerit ciborum . . . suscipere ipse non poterit . . . nihil eorum is cui allata sunt accipiet, sed cuncta ad loca aegrotantium deferentur (Reg. Pachomii 52).

fuerat, ut non detur occasio diabolo. Qui autem aliter praesumserit, disciplinae regulari subiaceat. (11)

CAPUT LV.

DE VESTIARIO VEL CALCIARIO FRATRUM.

7. apr. 7. aug. 7. dec. Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem ubi habitant vel aerum temperiem dentur, quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. Haec ergo consideratio penes abbatem est. Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam et tunicam: cucullam in hieme villosam, in aestate puram aut vetustam: et scapulare propter opera, indumenta pedum, pedules et caligas. De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur monachi, sed quales inveniri possunt in provincia qua degunt, aut quod vilius conparari possit.

Abbas autem de mensura provideat, ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus ea, sed mensurata. Accipientes nova, vetera

---

LV 13 Sed si quid est [cibi] **quod in unaquaque provincia facilius et vilius comparatur** ... (Basil., Reg. 9).

17 Indumenta ipsa cum nova accipiunt, si vetera necessaria non habuerint, abbatissae refundant, pauperibus aut incipientibus vel iunioribus dispensanda (Caesar., Reg. ad virg. 40).

semper reddant in praesenti, reponenda in vestiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas et duas cucullas habere propter noctes et propter lavare ipsas res; iam quod supra fuerit, superfluum est, amputari debet. Et pedules, et quodcumque est vetere, reddant dum accipiunt novum. Femoralia hi qui in via diriguntur de vestiario accipiant, quae revertentes lota ibi restituant. Et cucullae et tunicae sint aliquanto a solito quas habent modice meliores; quas exeuntes in via accipiant de vestiario, et revertentes restituant.

Stramenta autem lectorum sufficiant matta, sagum, et lena et capitale. Quae tamen lecta frequenter ab abbate scrutinanda sunt propter opus peculiare, ne inveniatur. Et si cui inventum fuerit quod ab abbate non accepit, gravissimae disciplinae subiaceat. Et ut hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia quae sunt necessaria: id est, cuculla, tunica, pedules, caligae, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulae, ut omnis auferatur necessitatis excusatio. A quo tamen abbate semper

8. apr.
8. aug.
8. dec.

33 A *om* frequenter *(solus)*. 37 ABTXOS peculiaris.

34 Peculiare opus (CASSIAN., Inst. IV, 14 16; VII, 7).

42 **Hi qui praesunt observabunt regulam illam quae dicit: Dividebatur unicuique prout**

consideretur illa sententia Actuum Apostolorum, quia dabatur singulis prout cuique opus erat. Ita ergo et abbas consideret infirmitates indigentium, non malam voluntatem invidentium. In omnibus tamen iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

CAPUT LVI.

DE MENSA ABBATIS.

9. apr. 9. aug. 9. dec. Mensa abbatis cum hospitibus et peregrinis sit semper. Quotiens tamen minus sunt hospites, quos vult de fratribus vocare in ipsius sit potestate: seniores tamen unum aut duos semper cum fratribus dimittendum propter disciplinam.

CAPUT LVII.

DE ARTIFICIBUS MONASTERII.

10. apr. 10. aug. 10. dec. Artifices si sunt in monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes, si permiserit abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre monasterio, hic talis erigatur ab

---

LVII 5 R evellatur (LECTIONES SELECTAE in loc.).

LV 44 Act. IV, 35.

---

opus erat. Debent enim unumquemque praevenire ut secundum laborem etiam solatia refectionis inveniat (BASIL., Reg. 94).

ipsa arte et denuo per eam non transeat, nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat. Si quid vero ex operibus artificum venumdandum est, videant ipsi per quorum manus transigenda sint, ne aliquam fraudem praesumant. Memorentur semper Ananiae et Saphirae, ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti, vel omnes qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint, in anima patiantur. In ipsis autem preciis non subripiat avaritiae malum, sed semper aliquantulum vilius detur quam ab aliis saecularibus dari potest, ut in omnibus glorificetur Deus.

CAPUT LVIII.

DE DISCIPLINA SUSCIPIENDORUM FRATRUM.

Noviter veniens quis ad conversationem, non ei facilis tribuatur ingressus; sed sicut ait Apostolus: Probate spiritus, si ex Deo sunt. Ergo si veniens perseverauerit pulsans, et inlatas sibi iniurias et diffi- 11. apr. 11. aug. 11. dec.

LVIII 1 R ad conversionem (LECTIONES SELECTAE in loc.).

LVII 11 (Act. v.) 18 1 Petr. IV, 11. LVIII 3 1 Ioan. IV, 1.

LVIII 1—9 Si quis ad conversationem venerit . . . (CAESAR., Reg. ad mon. 1; Recap. 8: LECTIONES SELECTAE in loc.).

Si quis accesserit ad ostium monasterii volens saeculo renunciare et fratrum adgregari numero, non

cultatem ingressus post quattuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare et persistere petitioni suae, annuatur ei ingressus, et sit in cella hospitum paucis diebus. Postea autem sit in cella noviciorum, ubi meditent et manducent et dormiant. Et senior eis talis deputetur qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eos omnino curiose intendat. Et sollicitudo sit si revera Deum quaerit, si sollicitus est ad Opus Dei, ad oboedientiam, ad obprobria. Praedicen-

11 A*R meditetur et manducet et dormiat.
14 R sollicitus.

habebit intrandi libertatem, sed . . . manebit paucis diebus foris ante ianuam (Reg. Pachomii 49).

(1—9) Ambiens quis intra coenobii recipi disciplinam non ante prorsus admittitur quam diebus decem vel eo amplius pro foribus excubans indicium perseverantiae . . . demonstraverit (Cassian., Inst. iv, 3).

4, 8 **Si vero perseveraverint pulsantes, eis non negetur ingressus** (Reg. I SS. Patrum 7).

13 Constituit praepositos qui sibi **ad lucrandas animas**, quae ad eum quotidie confluebant, adiutores existerent (Vita Pachomii 25).

14—16 Priusquam corpori fraternitatis inseratur, oportet ei iniungi quaedam laboriosa opera, et quae videantur opprobrio haberi a saecularibus (Basil., Reg. 6).

Obprobriorum tolerantia (Cassian., Inst., iv, 3: de novitiis).

16 Semper dura et laboriosa eis proponantur (Reg. I SS. Patrum 7).

tur ei omnia dura et aspera per quae itur ad Deum. Si promiserit de stabilitate sua perseverantiam, post duorum mensium circulum legatur ei haec Regula per ordinem, et dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredere; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam novicio-rum, et iterum probetur in omni patientia. Et post sex mensium circuitum legatur ei Regula, ut sciat ad quod ingreditur. Et si adhuc stat, post quattuor menses iterum relegatur ei eadem Regula. Et si, habita secum deliberatione, promiserit se omnia

18 R de stabilitatis suae perseverantia (LECTIONES SELECTAE in loc.). 19 A perseverantia.

19, 26 ABCuTKOVS mensuum.

17 Gens dura atque aspera (VIRGIL., Aen. v, 730).

Via regia suavis ac levis est, licet dura et aspera sentiatur (CASSIAN., Coll. XXIV, 25).

Satis duram atque asperam vitam habuit (PALLAD., Hist. Laus., versio antiqua [apud Parad. Heracl. 41]).

20—32 Si quis de saeculo ad monasterium converti voluerit, regula ei introeunti legatur, et omnes actus monasterii illi patefiant. Qui si omnia apte sustinuerit, sic digne a fratribus suscipiatur in monasterio (Reg. Macarii 23).

Quaecumque ad convers(at)ionem venerit, in salutatorio ei frequentius regula relegatur: et si prompta et libera voluntate professa fuerit se omnia regulae instituta completuram, tamdiu ibi sit quamdiu abbatissae iustum ac rationabile visum fuerit (CAESAR., Recap. 8).

custodire et cuncta sibi imperata servare, tunc suscipiatur in congregatione, sciens et lege Regulae constitutum, quod ei ex illa die non liceat egredi de monasterio, nec collum excutere de sub iugo Regulae, quam sub tam morosa deliberatione licuit aut excusare aut suscipere.

12. apr. 12. aug. 12. dec. Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conversatione morum suorum et oboedientia coram Deo et Sanctis eius, ut si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat quem inridet. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen Sanctorum quorum reliquiae ibi sunt, et abbatis praesentis. Quam petitionem manu sua scribat: aut certe si non scit litteras, alter ab eo rogatus scribat, et ille novicius signum faciat: et manu sua eam super altare ponat. Quam dum inposuerit, incipiat ipse novicius mox hunc versum: Suscipe me, Domine, secundum

---

39 R et conversione morum suorum (LECTIONES SELECTAE in loc.).

---

43 (Gal. VI, 7.) 51 Psalm. CXVIII, 116.

---

35 Iugo regulae colla submittentes (Vita Macarii Rom. 2).

39 Instabilitas (CASSIAN., Inst. VII, 9).

41 . . . in nuditate quam coram Deo et angelis eius professus es (ibid. IV, 36).

eloquium tuum, et vivam: et ne confundas me ab expectatione mea. Quem versum omnis congregatio tertio respondeat, adiungentes: «Gloria Patri». Tunc ille frater novicius prosternatur singulorum pedibus, ut orent pro eo: et iam ex illa die in congregatione reputetur. Res si quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta sollemniter donatione conferat monasterio, nihil sibi reservans ex omnibus: quippe qui ex illo die nec proprii corporis potestatem se habiturum scit. Mox ergo in oratorio

58 die] hora AS*R.

62 (1 Cor. VII, 4.)

58 63 Qui si susceptus fuerit, non solum de substantia quam intulit, sed etiam nec de seipso ab illa iudicabit hora. Nam si aliquid prius **erogavit pauperibus,** aut veniens in cellulam aliquid intulit fratribus, ipsi tamen non est licitum ut aliquid habeat in sua potestate (Reg. Macarii 24).

Si non vult vendere [et dare pauperibus] **donationis chartas** aut parentibus aut **monasterio faciat,** dummodo liber sit: et nihil habeat proprium. . . . Quaecumque secum exhibuit abbati tradat: **nihil sibi reservet** (CAESAR., Reg. ad mon. 1).

Ne sui quidem ipsius esse se dominum vel potestatem habere cognoscat (CASSIAN., Inst. II, 3).

Qui seipsum et membra sua tradidit in alterius potestatem propter mandatum Dei (BASIL., Reg. 106).

63—70 In concilio fratrum productus in medium **exuatur propriis** ac per manus abbatis **induatur**

exuatur rebus propriis quibus vestitus est, et induatur rebus monasterii. Illa autem vestimenta quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda; ut si aliquando suadenti diabolo consenserit ut egrediatur de monasterio, quod absit, tunc exutus rebus monasterii proiciatur. Illam tamen petitionem eius, quam desuper altare abbas tulit, non recipiat, sed in monasterio reservetur.

CAPUT LIX.

DE FILIIS NOBILIUM AUT PAUPERUM QUI OFFERUNTUR.

13. apr. 13. aug. 13. dec. Si quis forte de nobilibus offert filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minori aetate est, parentes eius faciant petitionem quam supra diximus; et cum oblatione ipsam petitionem et manum pueri involvant in palla altaris, et sic eum offerant. De rebus autem suis aut in praesenti petitione promittant sub iureiurando, quia numquam per se, numquam

---

monasterii vestimentis. . . . Illa vero quae deposuit vestimenta oeconomo consignata reservantur . . . [sin vero] . . . **exuentes eum monasterii** quibus indutus fuerat **vestimentis** et revestitum antiquis quae fuerant sequestrata depellunt (Cassian., Inst. iv, 5 6).

(63—70) Tunc nudabunt eum vestimentis saecularibus et induent habitu monachorum. . . . Vestimenta autem quae secum detulerat, accipient qui huic rei praepositi sunt, et inferent in repositorium (Reg. Pachomii 49).

per suffectam personam, nec quolibet modo, ei aliquando aliquid dant, aut tribuunt occasionem habendi; vel certe, si hoc facere noluerint, et aliquid offerre volunt in eleemosinam monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus quas dare volunt monasterio donationem, reservato sibi, si ita voluerint, usumfructum. Atque ita omnia obstruantur, ut nulla suspicio remaneat puero, per quam deceptus perire possit, quod absit, quod experimento didicimus. Similiter autem et pauperiores faciant. Qui vero ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant, et cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

CAPUT LX.

DE SACERDOTIBUS QUI FORTE VOLUERINT IN MONASTERIO HABITARE.

Si quis de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi rogaverit, non quidem citius ei adsentiatur: tamen si omnino persteterit in hac supplicatione, sciat se omnem Regulae disciplinam servaturum, nec aliquid ei relaxabitur, ut sit sicut scriptum est: Amice, 14. apr. 14. aug. 14. dec.

9 R suspectam (LECTIONES SELECTAE in loc.).
15 R usufructuario (ibid.)

LX 6 Matth. XXVI, 50.

22 Oportet infantes voluntate et consensu parentum, immo ab ipsis parentibus oblatos, sub testimonio plurimorum suscipi (BASIL., Reg. 7).

ad quod venisti? Concedatur ei tamen post abbatem stare et benedicere, aut missas tenere; si tamen iusserit ei abbas. Sin alias, nullatenus aliqua praesumat, sciens se disciplinae regulari subditum, et magis humilitatis exempla omnibus det. Et si forte ordinationis aut alicuius rei causa fuerit in monasterio, illum locum adtendat quando ingressus est in monasterio, non illum qui ei pro reverentia sacerdotii concessus est. Clericorum autem si quis eodem desiderio monasterio sociari voluerit, loco mediocri conlocentur; et ipsi tamen, si promittunt de observatione Regulae vel propriam stabilitatem.

CAPUT LXI.

DE MONACHIS PEREGRINIS QUALITER SUSCIPIANTUR.

15. apr. 15. aug. 15. dec. Si quis monachus peregrinus de longinquis provinciis supervenerit, si pro hospite voluerit habitare in monasterio, et contentus est consuetudine loci quam invenerit, et non forte superfluitate sua perturbat monasterium, sed simpliciter contentus est quod invenerit, suscipiatur quanto tempore cupit. Si qua sane rationabiliter et cum humilitate caritatis repraehendit aut ostendit, tractet abbas

---

10 ABTX ullatenus..
LXI 4 ABCuXV consuetudinem.

prudenter, ne forte pro hoc ipso eum Dominus direxerit. Si vero postea voluerit stabilitatem suam firmare, non renuatur talis voluntas, et maxime, quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dinosci.

Quod si superfluus aut vitiosus inventus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non debet sociari corpori monasterii, verum etiam dicatur ei honeste ut discedat, ne eius miseria etiam alii vitientur. Quod si non fuerit talis qui mereatur proici, non solum si petierit suscipiatur congregationi sociandus, verum etiam suadeatur ut stet, ut eius exemplo alii erudiantur, et quia in omni loco uni Domino servitur, uni Regi militatur. Quem si etiam talem esse perspexerit abbas, liceat eum in superiore aliquantum constituere loco. Non solum autem monachum, sed etiam de suprascriptis gradibus sacerdotum vel clericorum, stabilire potest abbas maiori quam ingrediuntur loco, si eorum talem perspexerit esse vitam. Caveat autem abbas ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine con-

16. apr. 16. aug. 16. dec.

---

13 A *om* quia *(solus)*.

---

17 Sociari corpori congregationis (Basil., Reg. 192).

31 Non licebit de alio monasterio, sine voluntate eius qui praeest patris, fratres recipere (Reg. I SS. Patrum 13).

sensu abbatis eius aut literis commendaticiis; quia scriptum est: Quod tibi non vis fieri, alio ne feceris.

CAPUT LXII.

DE SACERDOTIBUS MONASTERII.

17. apr. 17. aug. 17. dec. Si quis abbas sibi presbyterum vel diaconem ordinari petierit, de suis elegat qui dignus sit sacerdotio fungi. Ordinatus autem caveat elationem aut superbiam; nec quicquam praesumat nisi quod ei ab abbate praecipitur, sciens se multo magis disciplinae regulari subdendum. Nec occasione sacerdotii obliviscatur Regulae oboedientiam et disciplinam, sed magis ac magis in Deum proficiat.

Locum vero illum semper adtendat quo ingressus est in monasterio, praeter officium altaris, et si forte electio congregationis et voluntas abbatis pro vitae merito eum promovere voluerint. Qui tamen regulam decanis vel praepositis constitutam sibi servare sciat. Quod si aliter praesumpserit, non sacerdos sed rebellio iudicetur; et saepe

---

LXII 7 R subditum.
9 R in Domino.
15 R a decanis (Lectiones Selectae in loc.).

LXI 35 (Lectiones Selectae ad IV, 10.)
LXII 3 (Ecclus. XLV, 19.)

ammonitus si non correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonio. Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis, proiciatur de monasterio; si tamen talis fuerit eius contumacia, ut subdi aut oboedire Regulae nolit.

CAPUT LXIII.

DE ORDINE CONGREGATIONIS.

Ordines suos in monasterio ita conservent ut conversationis tempus, ut vitae meritum, discernit, utque abbas constituerit. Qui abbas non conturbet gregem sibi conmissum, nec quasi libera utens potestate iniuste disponat aliquid; sed cogitet semper quia de omnibus iudiciis et operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines quos constituerit, vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad Pacem, ad Communionem, ad psalmum inponendum, in choro standum. Et in omnibus omnino locis aetas non discernat ordines nec praeiudicet; quia Samuhel

18. apr. 18. aug. 18. dec.

2 R conversionis tempus et vitae meritum (LECTIONES SELECTAE in loc.).

12 R aetas non discernatur in ordine.

13 (1 Reg. III; Dan. XIII.)

8—11 Quicumque monasterium primus ingreditur, primus sedet, primus ambulat, primus psalmum dicit, primus in mensa manum extendit, prior in ecclesia communicat; nec aetas inter eos quaeritur sed professio (HIERON., Praef. in Reg. Pachomii 3).

et Danihel pueri presbyteros iudicaverunt. Ergo excepto hos quos, ut diximus, altiori consilio abbas praetulerit vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes ut convertuntur ita sint; ut, verbi gratia, qui secunda hora diei venerit in monasterio, iuniorem se noverit illius esse qui prima hora venit diei, cuiuslibet aetatis aut dignitatis sit, pueris per omnia ab omnibus disciplina conservata.

19. apr. 19. aug. 19. dec. Iuniores igitur priores suos honorent: priores minores suos diligant. In ipsa appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine; sed priores iuniores suos fratrum nomine, iuniores autem priores suos nonnos vocent, quod intelligitur paterna reverentia. Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, dominus et abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore et amore Christi. Ipse autem cogitet, et sic se exhibeat ut dignus sit tali honore. Ubicumque autem sibi obviant fratres, iunior priorem benedictionem petat. Transeunte maiore minor surgat et det ei locum sedendi; nec praesumat iunior consedere, nisi ei praecipiat

---

15 R exceptis his.
18 A a secunda (a *eras.*).

---

14 Cum et Danihel puer *[al om]* senes iudicet (Hieron., Ep. xxxvii, 4).
15 Altiore consilio (Sulpit. Sev., Dial. i, 10).

senior suus: ut fiat quod scriptum est: Honore invicem praevenientes. Pueri parvi vel adulescentes in oratorio vel ad mensas cum disciplina ordines suos consequantur. Foris autem vel ubiubi et custodiam habeant et disciplinam, usque dum ad intelligibilem aetatem perveniant.

CAPUT LXIV.

DE ORDINANDO ABBATE.

In abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur quem sive omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis saniore consilio elegerit. Vitae autem merito et sapientiae doctrina elegatur qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis. Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis, quod quidem absit, consentientem personam pari consilio elegerit, et vitia ipsa aliquatenus in notitia episcopi ad cuius diocesim pertinet locus ipse, vel ad abbates aut Christianos vicinos claruerint, prohibeant pravorum praevalere consensum, sed domui Dei dignum constituant dispensatorem, scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste

20. apr.
20. aug.
20. dec.

LXIV 2 sive] sibi R (Lectiones Selectae in loc.).

LXIII 38 Rom. XII, 10. LXIV 15 (Psalm. CIV, 21.)

et zelo Dei faciant; sicut e diverso peccatum, si neglegant.

21. apr. 21. aug. 21. dec. Ordinatus autem abbas cogitet semper quale onus suscepit, et cui redditurus est rationem vilicationis suae; sciatque sibi oportere prodesse magis quam praeesse. Oportet ergo eum esse doctum lege divina, ut sciat et sit unde proferat nova et vetera; castum, sobrium, misericordem; et semper superexaltet misericordiam iudicio, ut idem ipse consequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, et ne quid nimis, ne dum nimis eradere

25 R *om* et sit. 27 AX misericordia.

21 (Luc. XVI, 2.) 25 (Matth. XIII, 52.) 26 Iac. II, 13. 27 (Matth. V, 7.)

23 Ut nos vobis **non tam praeesse quam prodesse** delectet (AUGUSTIN., Serm. CCCXL, 1).

Ut intellegat non se esse episcopum, qui praeesse dilexerit, non prodesse (AUGUSTIN., De Civ. Dei XIX, 19).

28 **Dilige hominem, oderis vitium** (AUGUSTIN., Serm. XLIX, 5).

Oderit vitium, amet hominem (AUGUSTIN., De Civ. Dei XIV, 6).

Cum dilectione hominum et odio vitiorum . . . (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 11).

Hoc facite cum dilectione sororum et odio vitiorum (CAESAR., Reg. ad virg. 22).

30 Ne quid nimis (TERENT., Andria I, 1, 34).

Unus de septem sapientibus: ne quid, ait, nimis (HIERON., Ep. CXXX, 11).

cupit aeruginem, frangatur vas; suamque fragilitatem semper suspectus sit, memineritque calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus ut permittat nutriri vitia, sed prudenter et cum caritate ea amputet, ut viderit cuique expedire, sicut iam diximus; et studeat plus amari quam timeri. Non sit turbulentus et anxius, non sit nimius et obstinatus, non zelotipus et nimis suspiciosus, quia nunquam requiescit; in ipsis imperiis suis providus et consideratus; et sive secundum Deum sive secundum saeculum sit opera quam iniungit, discernat ac temperet, cogitans discretionem sancti Iacob dicentis: Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die. Haec ergo aliaque testimonia discretionis matris virtutum sumens,

40—44 R in ipsis imperiis suis sit providus et consideratus, sive . . . saeculum sint. Opera quae iniungit discernat etc.

33 (Is. XLII, 3.) 45 Gen. XXXIII, 13.

(30) Memor illius sententiae: Ne quid nimis (HIERON., Ep. LX, 7; cf. Ep. CVIII, 20).

(Cf. Otto, Sprichwörter der Römer, p. 243).

37 Quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat [praeposita vestra] quam timeri (AUGUSTIN., Ep. CCXI, 15).

48 Omnium namque virtutum generatrix, custos moderatrixque discretio est (CASSIAN., Coll. II, 4).

sic omnia temperet, ut sit et fortes quod cupiant, et infirmi non refugiant; et praecipue, ut praesentem regulam in omnibus conservet: ut dum bene ministraverit, audiat a Domino quod servus bonus qui erogavit triticum conservis suis in tempore suo: Amen dico vobis, ait, super omnia bona sua constituit eum.

CAPUT LXV.

DE PRAEPOSITO MONASTERII.

22. apr. 22. aug. 22. dec. Saepius quidem contigit ut per ordinationem praepositi scandala gravia in monasteriis oriantur; dum sint aliqui maligno spiritu superbiae inflati, et aestimantes se secundos esse abbates, adsumentes sibi tyrannidem, scandala nutriunt et dissensiones in congregatione faciunt, et maxime in illis locis ubi ab eodem sacerdote vel ab eis abbatibus qui abbatem ordinant, ab ipsis etiam et praepositus ordinatur. Quod quam sit absurdum facile advertitur, quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi, dum ei suggeritur a cogitationibus suis exutum eum esse a potestate abbatis sui:

---

49 R ut sit quod et fortes cupiant (LECTIONES SELECTAE in loc.).

55 A *om* sua *(solus)*.

---

54 Matth. XXIV, 47

quia ab ipsis es et tu ordinatus a quibus et abbas. Hinc suscitantur invidiae, rixae, detractiones, aemulationes, dissensiones, exordinationes, ut dum contraria sibi abbas praepositusque sentiunt, et ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari, et hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cuius periculi malum illos respicit in capite qui talius inordinationis se fecerunt auctores.

Ideo nos vidimus expedire propter pacis caritatisque custodiam, in abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterii sui. Et si potest fieri per decanos ordinetur, ut antea disposuimus, omnis utilitas monasterii, prout abbas disposuerit; ut dum pluribus committitur, unus non superbiat. Quod si aut locus expetit, aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, et abbas iudicaverit expedire, quemcumque elegerit abbas cum consilio fratrum timentium Deum, ordinet ipse sibi praepositum. Qui tamen prae- 23. apr. 23. aug. 23. dec.

15 es et tu] est AR (LECTIONES SELECTAE in loc.).
18 AR sibi invicem.
23 R qui talibus in ordinatione.

16 (2 Cor. XII, 20.) 28 Cap. XXI.

29 Monasterii utilitas (CASSIAN., Inst. VII, 9; vide supra c. III).

36 Ipse praepositus nihil faciet nisi quod pater iusserit, maxime in re nova (Reg. Pachomii 158).

positus illa agat cum reverentia quae ab abbate suo ei iniuncta fuerint, nihil contra abbatis voluntatem aut ordinationem faciens: quia quantum praelatus est ceteris, ita eum oportet sollicitius observare praecepta Regulae. Qui praepositus si repertus fuerit vitiosus, aut elatione deceptus superbire, aut contemptor sanctae Regulae fuerit conprobatus, ammoneatur verbis usque quater: si non emendaverit, adhibeatur ei correptio disciplinae regularis. Quod si neque sic correxerit, tunc deiciatur de ordine praepositurae, et alius qui dignus est in loco eius subrogetur. Quod si et postea in congregatione quietus et oboediens non fuerit, etiam de monasterio pellatur. Cogitet tamen abbas se de omnibus iudiciis suis Deo reddere rationem, ne forte invidiae aut zeli flamma urat animam.

CAPUT LXVI.

DE OSTIARIIS MONASTERII.

24. apr. 24. aug. 24. dec. Ad portam monasterii ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum et reddere, et cuius maturitas eum non sinat vagari. Qui portarius cellam debebit habere iuxta portam, ut venientes semper praesentem

---

43 R superbiae.

LXVI 3 A vacari (LECTIONES SELECTAE in loc.).

inveniant a quo responsum accipiant. Et mox ut aliquis pulsaverit aut pauper clamaverit, «Deo gratias» respondeat, aut «Benedic»; et cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum fervore caritatis. Qui portarius si indiget solacio, iuniorem fratrem accipiat. Monasterium autem, si possit fieri, ita debet constitui, ut omnia necessaria, id est, aqua, molendinum, hortus, vel artes diversae intra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis vagandi foris, quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem regulam saepius volumus in congregatione legi, ne quis fratrum se de ignorantia excuset.

CAPUT LXVII.

DE FRATRIBUS IN VIAM DIRECTIS.

Dirigendi fratres in via omnium fratrum vel abbatis se orationi conmendent; et 25. apr. 25. aug. 25. dec.

8 A benedic***ras.* (LECTIONES SELECTAE in loc.). R benedicat.

12—16 Intrinsecus putei plures, horti irrigui, omnium quoque pomorum arborumque paradisi, et quaecumque necessaria usibus erant sufficienter immo et abundanter provisa; ob hoc ut **nulli monachorum** habitantium intrinsecus **necessitas** ulla **fieret exeundi foras,** ad aliquid inquirendum (RUFIN., Hist. mon. in Aegypto 17).

Ut fratres . . . non haberent **necessitatem** ligni gratia **longius evagandi** (ibid. 2).

semper ad orationem ultimam Operis Dei commemoratio omnium absentum fiat. Revertentes autem de via fratres, ipso die quo redeunt, per omnes canonicas Horas, dum expletur Opus Dei, prostrati solo oratorii ab omnibus petant orationem propter excessus, ne qui forte subripuerint in via visus aut auditus malae rei aut otiosi sermonis. Nec praesumat quisquam referre alio quaecumque foris monasterium viderit aut audierit, quia plurima destructio est. Quod si quis praesumpserit, vindictae regulari subiaceat; similiter et qui praesumpserit claustra monasterii egredi, vel quocumque ire, vel quippiam quamvis parvum sine iussione abbatis facere.

CAPUT LXVIII.

SI FRATRI INPOSSIBILIA INIUNGANTUR.

26. apr. 26. aug. 26. dec. Si cui fratri aliqua forte gravia aut inpossibilia iniunguntur, suscipiat quidem iubentis imperium cum omni mansuetudine et oboedientia. Quod si omnino virium suarum

---

11 Et omnino quidquid foris gesserint et audierint, in monasterio narrare non poterunt (Reg. Pachomii 57).

Si quis ambulaverit in via, vel navigaverit, aut operatus fuerit foris, non loquatur in monasterio quae ibi geri viderit (ibid. 86).

LXVIII 4 Si autem ratio est aliqua, qua sibi recte excusare videatur opus illud quod excusat, exponat

mensuram viderit pondus oneris excedere, inpossibilitatis suae causas ei qui sibi praeest patienter et opportune suggerat, non superbiendo aut resistendo vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam in sua sententia prioris imperium perduraverit, sciat iunior ita sibi expedire, et ex caritate confidens de adiutorio Dei oboediat.

CAPUT LXIX.

UT IN MONASTERIO NON PRAESUMAT ALTER ALTERUM DEFENDERE.

Praecavendum est ne quavis occasione praesumat alter alium defendere monachum in monasterio aut quasi tueri, etiam si qualivis consanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id a monachis praesumatur, quia exinde gravissima occasio scandalorum oriri potest. Quod si quis haec transgressus fuerit, acrius coerceatur. 27. apr. 27. aug. 27. dec.

LXVIII 7 AKX *alii* oportune.

---

hanc ipsam causam huic qui praeest, et relinquat eius iudicio (Basil., Reg. 69).

9—12 Nonnunquam etiam inpossibilia sibimet imperata ea fide ac devotione suscipiant, ut tota virtute et sine ulla cordis haesitatione perficere ea et consummare nitantur, et inpossibilitatem quidem praecepti pro senioris reverentia metiantur (Cassian., Inst. IV, 10).

CAPUT LXX.

UT NON PRAESUMAT PASSIM ALIQUIS CAEDERE.

28. apr. 28. aug. 28. dec. Vetetur in monasterio omnis praesumptionis occasio, atque constituimus ut nulli liceat quemquam fratrum suorum excommunicare aut caedere, nisi cui potestas ab abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut ceteri metum habeant. Infantum vero usque quindecim annorum aetates disciplinae diligentia ab omnibus et custodia sit; sed et hoc cum omni mensura et ratione. Nam in fortiori aetate qui praesumit aliquatenus sine praecepto abbatis, vel in ipsis infantibus sine discretione exarserit, disciplinae regulari subiaceat, quia scriptum est: Quod tibi non vis fieri, alio ne feceris.

CAPUT LXXI.

UT OBOEDIENTES SIBI SINT INVICEM.

29. apr. 29. aug. 29. dec. Oboedientiae bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi invicem ita oboediant fratres, scientes per

---

LXX 1 A vitetur (Lectiones Selectae in loc.).
1, 2 R Ut vitetur . . . ordinamus atque constituimus.
7 R quintum decimum annum aetatis.
8 R et custodia adhibeatur ab omnibus.

---

5 1 Tim. v, 20. 14 (Lectiones Selectae ad IV, 10).

LXXI 1 Oboedientiae bonum (Cassian., Inst. IV, 30; XII, 31).

hanc oboedientiae viam se ituros ad Deum. Praemisso ergo abbatis aut praepositorum qui ab eo constituuntur imperio, cui non permittimus privata imperia praeponi, de cetero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine oboediant. Quod si quis contentiosus repperitur, corripiatur. Si quis autem frater pro quavis minima causa, ab abbate vel a quocumque priore suo corripitur quolibet modo, vel si leviter senserit animos prioris cuiuscumque contra se iratos vel commotos quamvis modice, mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod qui contempserit facere, aut corporali vindictae subiaceat, aut, si contumax fuerit, de monasterio expellatur.

CAPUT LXXII.

DE ZELO BONO QUEM DEBENT MONACHI HABERE.

Sicut est zelus amaritudinis malus qui separat a Deo et ducit ad infernum, ita est 30. apr. 30. aug. 30. dec.

LXXII 1 (Iac. III, 14.)

1 Cf. τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος (Ep. Clem. Rom. ad Cor. IX; *in antiqua versione Latina:* qui ad mortem adducit zelus).

Cf.: Tale quid et illud evangelii sonat: Est confusio quae ducit ad mortem, et est confusio quae ducit ad

zelus bonus qui separat a vitiis, et ducit ad Deum et ad vitam aeternam. Hunc ergo zelum ferventissimo amore exerceant monachi, id est, ut honore se invicem praeveniant. Infirmitates suas sive corporum sive morum patientissime tolerent; oboedientiam sibi certatim inpendant; nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alio; caritatem fraternitatis caste impendant amore; Deum timeant; abbatem suum sincera et humili caritate diligant; Christo omnino nihil praeponant, qui nos pariter ad vitam aeternam perducat.

CAPUT LXXIII.

DE HOC QUOD NON OMNIS IUSTITIAE OBSERVATIO IN HAC SIT REGULA CONSTITUTA.

1. maii 31. aug. 31. dec. Regulam autem hanc descripsimus, ut hanc observantes in monasteriis aliquatenus

---

11 R casto.

A . . . caste impendant, amore Deum timeant *(solus)*.

6, 11 (Rom. XII, 10.) 10 (1 Cor. X, 24 33.) 12 (1 Petr. II, 17).

---

vitam (HIERON., Comment. in Ezech. XVI, 52; cf. Ep. LXVI, 6: etiam Ecclus. IV, 25).

7 [Lazarus] **infirmitatem corporis patientissime toleravit** (CASSIAN., Coll. VI, 3).

13 **Christo nihil omnino praeponere,** quia nec nobis quicquam ille praeposuit (CYPRIAN., De orat. dom. 15).

vel honestatem morum aut initium conversationis nos demonstremus habere. Ceterum ad perfectionem conversationis qui festinat, sunt doctrinae sanctorum Patrum, quarum observatio perducat hominem ad celsitudinem perfectionis. Quae enim pagina, aut qui sermo divinae auctoritatis Veteris ac Novi Testamenti, non est rectissima norma vitae humanae? Aut quis liber sanctorum Catholicorum Patrum hoc non resonat, ut recto cursu perveniamus ad Creatorem nostrum? Nec non et Collationes Patrum, et Instituta et Vitas eorum, sed et Regula sancti patris nostri Basilii, quid aliud sunt nisi bene viventium et oboedientium monachorum instrumenta virtutum? Nobis autem desidiosis et male viventibus atque negligentibus, rubor confusionis est. Quisquis ergo ad patriam caelestem festinas, hanc minimam inchoationis Regulam descriptam

11 A *om* vitae (*solus*).
18 R exempla et instrumenta.

3 Initium conversationis [*al* conversionis] (CASSIAN., Inst. IV, 39; cf. VERBA SENIORUM: Vitae Patrum V, XI, 29).
5 Ad perfectionem festinantibus (CASSIAN., Coll. XXI, 5).
7 Culmina perfectionis scandere (Inst. IV, 8).
18 Instrumenta virtutum (Coll. VI, 10).
19 A desidiosis ac neglegentibus (ibid. XII, 16).

adiuvante Christo perfice; et tunc demum ad maiora, quae supra commemoravimus, doctrinae virtutumque culmina Deo protegente pervenies.

EXPLICIT REGULA.

---

25 doctrinae] *hic desinit* A, *folio avulso.*

27 *addunt aliqui codices:* Facienti(-bus) haec regna patebunt superna *vel* vita erit aeterna. (T)

---

25 Qui dominicae doctrinae culmen ascendit (Cassian., Coll. xxi, 34).

Si ad culmen virtutum eius volumus pervenire, talia nobis exordiorum fundamenta iacienda sunt (ibid. xviii, 15).

Etsi tam praeclarum quis virtutum culmen ascenderit (ibid. xxii, 7).

Virtutum culmina ascendere (Inst. iv, 23).

LECTIONES SELECTAE

Selectionem his legibus feci:

1. ut canones critici illustrentur qui in Prolegomenis statuuntur;
2. ut dubiis satisfiat de locis ubi textus criticus a textu recepto discrepat.

TABULA SIGLORUM

(v. Prolegomena)

A Sangallensis 914 saec. IX in.
Amg Notationes a scriptore in margine positae.
B Vindobonensis 2232 saec. IX in.
C Monacensis 28118 saec. IX in.
Cu Ultraiectensis 361 anni 1471.
T Monacensis 19408 saec. IX in.
K Casinensis 175 (Plenkers K_1) saec. X in.
X Casinensis 499 (Plenkers K_2) saec. XIII/XIV.
O Oxoniensis, Hatton 48 saec. VII/VIII.
V Veronensis LII (50) saec. VIII/IX.
S Sangallensis 916 saec. IX in.
A* A ut corrigitur (sic B* etc.).
R Textus Receptus.
omnes = *codices 9 suprascripti.*
al = *codices alii ac 9 suprascripti.*
recc = *codices recentiores, scil. saec. X vel XI.*
om = omittit *vel* omittunt.
vac = vacat.
Commentatores Paul Smar Hild v. Prolegomena.

LECTIONES SELECTAE.

p. 1 TITULUS.

Dubium est utrum titulus authenticus fuerit Regula Monachorum *an* Regula Monasteriorum.

Ante Prologum habet K: Incipit Prologus Regulae sancti Benedicti Monachorum.

Sed ante Indicem capitulorum, qui Prologum sequitur, habent AK: Incipiunt (incipit K) capitula Regulae Monasteriorum.

Titulus recentior est in A: Incipit Prologus Regulae Patris eximii beati Benedicti. (Explicit *deest*).

Alii codices alia et in initio et in fine habent: nonnulli (inter quos X*) simpliciter:* Regula Sancti Benedicti.

S. Gregorius M. de S. Benedicto ait: Scripsit monachorum regulam (*Dial.* II, 36).

PROL. 1.

obsculta ABCK al.

ausculta OVSTAmg recc (X asc.).

Ambae lectiones notae erant antiquis Commentatoribus Paulo et Smaragdo (cf. Traube, Textgeschichte[2]*, p. 10).*

p. 1, 2 PROL. 9—12.

Editores recentes (Schmidt, Wölfflin, ac etiam Traube[2]*, p. 113) ponunt comma post* sumis, *punctum post* deposcas. *Nescio cur interpunctionem usitatam mutaverint; invenitur enim in* A *et in aliis optimis codicibus, necnon apud Commentatores et antiquos (Paulum, Smaragdum) et recentiores (Martène, Calmet).*

p. 4 PROL. 53.
per ducatum Evangelii ABCTKXR
et calciatis in praeparatione Evangelii pacis pedibus (Eph. VI, 15) OVS al.

p. 6 PROL. 103.
sed si compleamus habitatoris officium. Ergo etc. ABCKT* Smar *(ex contextu)*.
sed si . . . officium erimus heredes regni caelorum *et sic desinit Prologus in* OVS: *pergunt vero* Ergo etc. TX *cum codicibus recentioribus et* R.
In T *verba* erimus . . . caelorum *rasa sunt; sed Wölfflin liquore chemico adiutus nonnullas litteras legere potuit* (p. VII): *quod Traube non animadvertit* (p. 26).
Hild *lectionem* ABCK *secutus est; cognovit vero lectionem* R.
Paul *vacat.*

p. 7 PROL. 106.
militanda ABCTKX.
militatura Amg recc.
(Cf. cenandis, XXXIX, 12.)

p. 9 TITULUS.
Incipit Textus Regulae. Regula appellatur etc. ABKXT* Smar.

I 5.
conversationis ABCTKOVS.
conversionis (X) recc.

p. 10 I 7.
qui ABCTKXVS
om O recc.

p. 12 II 9.
quod sit ABCTOV.
quod absit KXS Amg recc.

p. 13 II 18.
tantundem iterum erit ABCT al.
tantum iterum erit OVS.
tantundem iterum erit liber KX.
tantum iterum erit liber Amg recc Paul.

p. 16 II 73.
sed ** mox ut A.
sed ut mox ut B.

Est in A *rasura duarum litterarum, in qua Morin ponit* ea, *quod in nullo codice invenitur: sine dubio verbum erasum erat* ut.

p. 19 III 20.
proterve aut foris ABCTKO.
proterve infra aut (ac V) foris VS.
proterve intus aut foris recc.
proterve X.

«Non dixit intus aut foris, sicut aliqui codices habent, sed sicut in illo quem manibus suis scripsit proterve aut foris monasterium reperitur. Unde intelligitur quia foris nullam, intus autem esse contentionem permisit amicam» (Smar *in loc.:* cf. Paul).

p. 20 IV 10.
Quod sibi quis fieri non vult, alio ne faciat.
Similiter cc. LXI LXX terminantur hisce verbis:
Quia scriptum est: Quod tibi non vis fieri alio ne feceris.

In Evangeliis «Regula Aurea» affirmative enuntiatur: Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis (Matth. VII, 12). *Pro forma negativa apud S. Benedictum citari solet* Tob. IV, 16: Quod oderis fieri tibi, non facias alio (V. L.). *S. Benedicti forma negativa invenitur etiam inter illa «Additamenta Occidentalia» (ut dicunt critici textuales)*

ad textum Actuum Apostolorum XV, 20 et 29: necnon in libris qui inscribuntur Didache Apostolorum *et* Didascalia Apostolorum. *Videtur fuisse quasi proverbium Christianum in usum communem receptum: citari possunt inter Latinos Augustinus, Paulinus Nol., Valerianus Cem., et Lampridius (Vita Alex. Sev. 51). In epitaphio quodam Christiano a De Rossi prolato invenitur iisdem verbis ac apud S. Benedictum:* Scriptum est: Quod tibi fieri non vis alio ne feceris.

De hac re et de Fontibus huius capituli fusius disserui in ephemeride Journal of Theological Studies (Jan. 1910 *et* Jan. 1911), *ubi demonstravi non esse cur suspicemur opus cui titulus* Didache Apostolorum, *vel* Duae Viae, *notum fuisse S. Benedicto.*

p. 22 IV 45.

A *habet* suam, *non* sua, *ut imprimitur in editione a Morin evulgata (Plenkers, Untersuchungen, p. 35).*

p. 23 IV 82, 83.

Zelum non habere. Invidiam non exercere ABCKXT* Paul.

Zelum et invidiam non habere OVSTAmg recc.

p. 24 IV 86, 87.

Seniores venerare. Iuniores diligere.

Weyman citat Πρεσβύτερον αἰδοῦ· νεώτερον δίδασκε: *latine:* Maiorem vereri, minorem emendare *al* regere (Sosiades, apud Stobaeum, Florilegium III, 1, 173). *Unde Weyman textum emendari vult:* iuniores dirigere (Wochenschrift für klass. Philologie, 1896, p. 209). *Coniectura quidem peracuta, quae tamen mihi minime admittenda videtur. In c. LXIII legitur:* Iuniores priores suos honorent, priores minores suos diligant. *Utroque in loco* diligere *in omnibus codicibus invenitur. Lectio omnino certa est (v. Traube² p. 102).*

p. 27 V 44.
cor eius respicit murmurantem ABCTOVS.
cor respicit murmurantis KXAmg recc.

p. 28 VI 19.
requirantur ÷ ne videatur plus loqui quam expedit OVSXAmg (videat) recc.
Textus ABCTK Hild («non est in regula, sed subauditio est»).

p. 28, 29 VII 10—13 (Psalm. CXXX, 2).
si exaltavi ABCTX.
sed exaltavi OVSK recc *(Vg)*.
ablactatum ABCT (S ablactum est).
ablactatus OVKX (*Vg* ÷ est).
super matre sua KXV *(Vg)*.
retribuis ABTK.
retribues CXOAmg recc.
retributio VS recc *(Vg)*.
in anima mea ABTXS *(Vg)*.
in animam meam CKOVT*.

p. 30 VII 34—38.
ut qualiter et contemnentes Deum gehenna de peccatis incendat et vita aeterna, quae timentibus Deum praeparata est, animo suo semper evolvat ABCKT(incidat)(X).
(ut) qualiter contemnentes Deum (in) gehennam de (*al* pro) peccatis incedunt (*al* incidunt) et vitam aeternam quae . . . semper (r)(e)volvat O(VS)Amg recc Paul.

VII 40.
sed et desideria carnis ÷ amputare festinet OS*(eras)* X recc Paul. .
Textus ABCTKV.
Traube[2] *(p. 14) legi voluit* sedet (sedare); *haec vero emendatio admitti vix potest.*

p. 30 VII 53.
utilis *sic* omnes.

p. 31 VII 64 (Prov. XVI, 25: XIV, 12).
quae videntur ab hominibus rectae ABCTXVS*
ab *om* K recc Smar.
quae putantur ab hominibus OS recc.

Prov. XVI, 25 (V.L.): Sunt viae quae videntur viro rectae (esse); ultima (novissima) autem earum adspiciunt (resp.) in profundum inferni.

XIV, 12 (V.L.): Est via quae videtur recta esse apud (παρά LXX) homines, et novissima eius veniunt in profundum inferni.

Vg utroque in loco habet: (de)ducunt ad mortem.

Neque in V. L. neque in Vg invenitur demergit, *quod ex Matth. XVIII, 6 sumptum est: inter loca autem Biblica p. 31 deleri debet Is. VII, 1.*

p. 32 VII 83.
factorum nostrorum opera ABCTKX.
factori nostro opera nostra OVSAmg recc.
Cf. opus verbi factorum operibus ostendens, PRISCIL., Tract. V.

p. 37 VII 189.
in Opere Dei ABCTKX.
in opere OVSAmg recc.

p. 39 VIII 9.
ad supradictas Novembres *(sic)* ABTKX.
ad supradictas Kalendas Nov. OVSCAmg recc.

p. 39, 40 VIII 9—13.
Textus ABCTKVSX(*om* ut)O(*om* ut *et* quo).
Lectio R *(ut in loc.)* Amg recc Paul.
Textus sic construendus est: Matutini, parvissimo intervallo, mox subsequantur Vigiliarum Agenda *(ubi* Agenda *est nomen substantivum).*

p. 40 IX 1.
inprimis versu tertio dicendum: Domine etc. ABCTX K (versum tertio dicendum est) V (versum, *om* tertio).
inprimis versum, in secundum dicendum: Domine etc. O.
Lectio R *(ut in loc.)* Amg recc Paul (S *om* praemisso: ter: est).

p. 42, 43 XI 15, 23.
de «Prophetarum»
de «Evangelia» (*sim.* XII, 8; XIII, 22; XVII, 19).
Sic omnes fere codices antiqui: hi erant tituli voluminum S. Scripturarum.

p. 46 XV 10.
iam + cum BAmg recc.
Textus ACTKXOVS.

p. 47 XVII Titulus.
canendi BCTKXS.
cantandi OV.
dicendi A recc.

XVII 9.
et missas ABCTXOVS.
et missa K.
et missae (sint *vel* sunt) recc.

XVII 13.
et missas sunt ACX(*om* sunt).
et missae sunt BKSAmg recc(sint).
et missa sunt TOV.
(*De hoc verbo* «missa» *consuli potest* Index Verborum).

p. 47, 48 *etc.* XVI 13, XVII 20, XVIII 54.
(XVII 20) completorios ABCX (TK, XVIII 54).
completorius OVST.
completorium KAmg recc.

(*similiter fere in aliis locis supra laudatis: solum in tit. c. XLII invenitur in* A, *ut in aliis,* post completorium).

p. 48 XVII 20.
litania et oratio dominica fiant missae A.
oratione BCTX.
et fiant K recc.
et oratione: et fiant O(VS).

XVII 25.
et benedictione missae fiant ABCTX.
et benedictiones et K.
benedictione et OVS.
benedictio et recc.

Fortasse benedictione *in* A *etc. pro* benedictio *est, vide supra ad l. 20: casus abl. pro nom. nonnumquam usurpatur in* A.

XVIII 1.
dicatur versu(s) BCTX.
in primis dicatur versu AK(versus).
in primis semper diurnis horis dicatur versum OVS recc(versus).

p. 50 XVIII 65.
id adtendat ABCTKX.
id adtendatur OVSAmg recc.

XVIII 68.
reprendatur ABCT.
reprehendatur VSX.
repetantur KAmg recc.
repetatur O recc.

p. 51 XVIII 72.
dum quando *sic* omnes.

p. 54 XXII 9.
et cultellos KAmg recc.

p. 56 XXV 2.

simul ab ABTXOV.
simul et ab CKSAmg recc.

p. 58 XXVII 4.

uti debet omnimodo ut sapiens medicus ATK (et alii Casin.): *etiam* Paul *qui sic commentatur:* «debet facere omnimodo ut sapiens medicus».

Codices plerique habent: uti debet omni modo.

Dubitari vix potest quin in codice «Autographo» Casinensi nulla distinctio verborum fuerit: Paul *vero et codices Casinenses traditionem perantiquam attestari videntur.*

XXVII 15.

currere ACTKXO Paul Smar.
curare VS recc Hild. (B *om*).

Martène notat in codicibus quibusdam scribi currere, *«et quidem recte: nam proprium pastoris est post ovem errantem currere.» Est lectio omnino certa.*

p. 60 XXVIII 21.

contagiet *sic* omnes.

XXIX 1.

egreditur ⸸ aut proicitur OVS recc Paul.
Textus ABCTKX.

XXIX 3.

emendationem pro quo egressus est ABCTX.
emendationem vitii pro quo etc. OVSK recc Paul.

Cf. . . . nec humiliari eum sinit ob quod fuerat segregatus (Cassian., Inst. II, 16).

p. 63 XXXI 26.

substantia . . quae A recc.
substantia . . quod BCTKXOVS.

p. 63 XXXI 38.
et dentur BCTKXOSAmg.
dentur AV recc.

XXXII 2.
praevideat ATO al Hild.
provideat BCKXVS.

p. 66 XXXIV 12.
deprehensus + quis A recc.

p. 69 XXXVI 17.
infirmis omnino debilibus *sic* omnes.
omninoque recc.
debilibusque recc Paul.
(Cf. XXXIX 24.)

p. 70 XXXVIII 3.
legere + audeat Amg recc.

p. 72 XXXVIII 21.
occasio + maligno recc (cf. XLIII 21; LIV 11).

XXXIX 3.
mensis ABTKXOS(V) al.
mensibus C al Paul.

p. 73 XXXIX 12.
cenandis ABCTXOVS.
cenaturis KAmg recc.

XXXIX 24.
praeter omnino debiles aegrotos ACTKX.
debiles et aegrotos OVSB recc Paul.
(Cf. XXXVI 17.)

p. 74 XLI TITULUS.
reficere + fratres AKXS recc.
Textus BCTOV al.

p. 75 XLI 8.

si operas in agris habuerint CTK al.
operis AB cod. Casin. 179.
opera OVSXA* recc Paul.

Secundum Morin lectio originalis in A *erat* operas: *Plenkers vero in animadversionibus affirmat eam fuisse* operis, *ut in* B *(op. cit. p. 36). Notandum est quod Cod. Casin. 179 hic cum* AB *congruit in lectione valde difficili, cum aliam lectionem exhibeat* K.

XLI 12.

absque iusta murmuratione ABCKT* Smar.
absque murmuratione OSX al.
absque ulla murmuratione TV recc.

E quibus lectionibus Paul *primam et secundam cognovit.*

p. 76 XLII 26.

honestissima ACKX.
honestissime OVSBT.

p. 79 XLIII 39.

sublata ei portione sua vinum ABCT.
vini O recc.
de vino KXAmg recc.
portionem suam a vino S(V).

p. 80 XLIV 16.

perconpletur ACKXS.
conpletur BTOVA* recc.

p. 81 XLVI 2.

in ministerio ABCKX.
in monasterio OST. (V *om*).

p. 82 XLVI 3.

in artem aliquam ABCTV.
in arte aliqua OSKXA*.

p. 82 XLVI 6.

ubi AVS *(interpunctionem secutus sum quae in* A *invenitur, et in* (O)VS *secundum Traube).*
ibi O.
ubiubi *(cum clausula praecedenti coniunctum)* BCTK al.
ubi vel (et) ubi X al Smar.
om al.
(Cf. LXIII 42: Traube², p. 92).*

XLVI 12.

et sua *(textus)* ABCXOVS al Smar.
om et (R)TK recc.
Sic sensus omnino mutatur.

p. 84 XLVIII 9.

usque hora quasi sexta agente BT.
usque ad horam quasi sextam agentem S.
usque hora quasi sexta agent AC.
usque hora(m) qua sextam agent OV.
usque (ad) hora(m) quasi sexta(m) KXAmg recc.

XLVIII 12.

qui voluerit legere, sibi sic legat: *interpunctionem secutus sum quae in* A *invenitur: sic etiam Martène:* O *habet* sic sibi: sibi *plerumque cum clausula praecedenti coniungitur.*
(*Cum* sibi legere *cf.* sibi orare, LII 5.)

p. 85 XLVIII 28.

deiungant ABTX.
disiungant (se) OVSCKAmg recc.

---

* Nescio an Traube (p. 21) recte iudicet lectionem BCTK genuinam esse; scil: «vel aliud quid excesserit ubiubi, et non veniens», etc.

p. 86 XLVIII 45.
distollit ABCTX.
extollit OVSK recc.

XLVIII 52.
excepto his qui ABCTOS.

p. 88 XLIX 11.
augeamus nobis aliquid solito penso BCOVS al.
solito pensu AT.
a solito pensu K codd. Casin. 179, 442 al.
absoluto pensu X (? ab solito).
ad solitum pensum recc.

Cf. a solito meliores (LV 28).

Conici potest K *cum codicibus Casinensibus hoc loco germanam lectionem codicis «Autographi» Casinensis conservasse, quae in exemplari Caroli Magni depravata fuit.*

L 2.
Morin omisit et, *quod exstat in* A *et in omnibus codicibus (Plenkers p. 35).*

p. 90 LII 6.
aliter ABXV.
alter CTKOSA* recc Paul.

LII 10.
explicito ACTKXO.
expleto BVS recc.

p. 97 LV 24.
quodcumque est vetere ABCXVS.

(Forma veter, veteris, vetere *usurpatur ab Ennio etc.)*

Hic desinit C *usque ad medium cap. LXIII: loco eius adhibendus est cod.* Cu. *ex eo transcriptus; v.* Prolegomena.

p. 98 LVII 5.

erigatur ABCuTKXS* al Paul Smar.
egrediatur O.
elegatur V.
evellatur S recc.
eiciatur al.

Smar: «Erigere atque suspendere unum intelligitur esse.» *Traube idem monstrat ex libro cuius inscriptio «Liber Pontificalis» (p. 22).*

p. 99 LVIII 1.

noviter veniens quis ad conversationem AKXOV al. conversionem BCuTS recc Paul.

Hildemarus ambas lectiones cognovit. In S. Caesarii «Reg. ad Monachos», § 1, legitur apud Holstenium («Codex Regularum»): Si quis ad conversionem venerit. *Quae verba repetuntur in eiusdem regula quae vocatur «Recapitulatio Regulae ad Virgines». His locis* conversionem *ubique invenitur, etiam in codice* C *(scil., exemplari optimo operis Benedicti Aniani qui inscribitur «Codex Regularum», cf. Plenkers, p. 5): in uno solo codice «Recapitulationis» (Bamberg, Ed. II 11, saec. XI), ut me certiorem fecit vir doctissimus Germanus Morin, legitur:*

Quaecumque ad conversationem venerit:

quod quidem sine dubio pro lectione germana recipiendum est.

Similiter in editionibus communiter evulgatis libri Dialogorum S. Gregorii M. legitur (II 6):

Gothus quidam ad conversionem venit.

In editione vero critica, a cl. viro Ruperto Mittermüller, monacho Mettenensi, an. 1880, evulgata, legitur:

ad conversationem venit.

Quae cum ita sint, non est dubium quin hoc loco Regulae S. Benedicti lectio conversationem, *utpote optimorum codicum, pro certa habenda sit.*

p. 100 LVIII 11.
meditent ABCuT.
meditet OVSX.
meditetur KAmg recc.

LVIII 14.
sollicitudo ABCuX.
sollicitus OVSTKAmg recc.

p. 101 LVIII 18.
de stabilitate sua perseverantiam KA (perseverantia) al *(inter eos cod. Floriacensis, saec. IX, nunc apud Orléans: et cod. Glastoniensis (?), saec. X, nunc apud Wells in Anglia)* Smar Hild.
de stabilitatis suae perseverantia BCuTOSA* recc.
stabilitatis suae perseverantiam XV al.
In A *Morin legit:* de stabilitate sive perseverantia, *quod manu 2ª mutatum est in* de stabilitatis suae p., *ut in codicibus recentioribus legitur: Plenkers vero affirmat lectionem primariam fuisse* sua *(op. cit. p. 36). Nullo in codice, quod sciam, invenitur* sive.

p. 102 LVIII 39.
promittat de . . . conversatione morum suorum ABXOVS.
conversione CuTK recc Paul Hild Smar.
Conversatio morum: *lectio omnino certa sed haud facilis intellectu. Conferri potest Cassianus, c. Nest. V, 1:* per bonorum actuum conversationem. *Aliis locis Regulae Benedictinae ubi in codicibus recentioribus* (R) *legitur* conversio, *debet legi* conversatio *(v. app. crit. ad I 5; LVIII 1; LXIII 2).* Conversio *non usurpabatur a S. Benedicto;* converti *vero bis invenitur (II 49; LXIII 17).* Conversatio *(= vita monastica) et* conversio *erant ambo in usu communi (v. Du Cange et Thes. Ling. Lat.).*
Apud Paul *forma professionis est:* Promitto de stabilitate mea, et conversione morum meorum saecularium, et obedientia coram Deo et sanctis eius.

p. 105 LIX 9.
per suffectam personam ABCuTK al Smar.
subiectam OVSX.
susceptam Amg
suspectam recc.

Smar: «Suffecta persona dicitur supposita vel subrogata: suffectus dicitur in loco alterius suppositus.»

LIX 15.
usum fructum AS al.
usum fructuum OT.
usumfructu Cu.
usu fructu V.
usum fructuarium B.
usufructuario KXAmg recc.

p. 106 LX 20.
propriam stabilitatem ABTX al.
propria stabilitate OVSCuK recc.

p. 108 LXII 1.
diaconem *sic* omnes.

LXII 7.
subdendum ABCuTKX al.
subditum OVS recc.

LXII 15.
decanis ABCuKX al.
a decanis OVSTK* recc Paul.

Sic sensus omnino mutatur.

p. 109 LXIII 2.
conversationis ABCuTKO al Hild.
conversionis VS recc Paul. (X *om*).

LXIII 2.
ut vitae meritum ABTKX.
et vitae meritum CuO recc.
aut vitae meritum VS recc.

p. 110 LXIII 15.
excepto hos quos ACu.
excepto hos (*om* quos) BT.
exceptos hos quos OX.
exceptis his quos KVSAmg recc.

LXIII 34.
priorem ABCTX.
a priore OVSK.

p. 111 LXIII 42.
ubiubi ABCT*KX.
ubi et ubi VS.
ubicumque OT.
ubique recc.
(v. Traube², p. 92).

LXIV 2.
sive AKX al.
sibi BCTOVS recc.

p. 112 LXIV 25.
ut sciat et sit *sic* omnes.
R *om* et sit.

p. 113 LXIV 41.
sit providus OVSTK.
Textus ABCX.

LXIV 41—44.
Textus ABCTXOVS Paul Hild Smar (*ut ex contextu apparet*): K *cum* R *congruit.*

p. 114 LXIV 49.
ut sit et fortes quod cupiant ABCTX Smar (*ut apparet ex contextu*).
ut et fortes sit quod c. Paul Hild recc.
ut et fortes sint q. c. KVS (et ut).
ut et forte sit q. c. O.

ut sint et fortes q. c. recc.
ut sit quod et fortes cupiant recc.

p. 115 LXV 15.
ab ipsis es et tu ordinatus BCTKX al.
ab ipsis est ordinatus AOVS recc.

LXV 18.
sibi invicem A recc.
Textus BCTKXOVS.

LXV 23.
talius inordinationis ATX al (talis) Smar *(ex contextu)*.
talius in ordinatione B.
talibus in ordinatione OVSC recc Paul.
talibus inordinationibus K al.

Alii codices alias lectiones exhibent.

p. 116 LXV 43.
superbire ACTK.
superbiae OVSBX recc.

LXVI 1.
senes sapiens ABTK.

LXVI 3.
vagari CKXVA*T*.
vagare OAmg.
vacari ABTS (vacare).

Plenkers affirmat non vagari *(ut Morin), sed* vacari, *fuisse lectionem primitivam in* A *(op. cit. p. 36)*.

p. 117 LXVI 8.
benedic BK al.
benedic** (at *eras*) AC.
benedicat TXVS(AC) recc.
benedicet O.

p. 119 *Est lacuna in* T *a LXVIII 8 ad LXXI 7 (v. Traube*[2]*, p. 54)*.

p. 120 LXX 1.
vetetur BCKXOVS al Paul Hild Smar.
vitetur A al.
ut vitetur recc.

LXX 2.
ordinamus atque constituimus BAmg recc.

LXX 7.
usque quindecim annorum aetates ABCKX Smar *(sic etiam Martène)*.
aetatem O.
aetatis S.
quintum decimum annum aetatis V recc Paul.

p. 122 LXXII 11.
caste ABCTX.
casto OVSK recc.

MEDULLA DOCTRINAE S. BENEDICTI

Hanc Medullam Doctrinae S. Patris, quam pro Novitiis meis confeci, spero et aliis non inutilem fore.

PARS I: DE VITA SPIRITALI MONACHORUM.

Quo animo debet quis monachus Benedictinus fieri?

Ut vitam monasticam agat secundum Regulam S. P. Benedicti: Legatur novitio haec Regula, et dicatur ei, Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredere (LVIII 20).

Verbis sequentibus, quibus concluditur Prologus, finis Regulae ac Institutionis S. Benedicti optime comprehendi videtur: Processu conversationis et fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei; ut ab ipsius numquam magisterio discedentes, in eius doctrina usque ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemur, ut et regni eius mereamur esse consortes (PROL. 124).

Qualis debet esse qui monachus fieri desiderat?

Quisquis abrenuntians propriis voluntatibus, . . . obedientiae fortissima atque praeclara arma sumit (PROL. 6).

Super novitio sollicitudo sit si revera Deum quaerit, si sollicitus est ad Opus Dei [*scil.* Officium divinum], ad obedientiam, ad opprobria (LVIII 14).

Quid est Monasterium Benedictinum?

Dominici schola servitii (PROL. 116).

Quae servitia in hac schola potissimum exercentur?

Oratio: Labor: Ascesis.

ORATIO.

A. Communis: Opus Dei.

Quid est officium monachi Benedictini primarium?

Operis Dei celebratio; dicit enim S. Pater: Nihil Operi Dei praeponatur (XLIII 5).

Quomodo persolvendum est?

Sic stemus ad psallendum ut mens nostra concordet voci nostrae (XIX 11).

B. Privata seu «Peculiaris» (XLIX 12).

Quam methodum orationis docuit S. Benedictus?

Si quis vult orare, simpliciter intret [in Oratorium] et oret (LII 7).

Qualis debet esse oratio?

Non in multiloquio
sed in puritate cordis
et compunctione lacrimarum (XX 6).
Non in clamosa voce
sed in lacrimis
et intentione cordis (LII 8).

Brevis debet esse et pura oratio, *[brevis, scil.]* nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur (XX 8).

Quid est «pura oratio»?

Ex Cassiano locutio sumpta est, Coll. IX, X; v. IX 15, X 5, 11. Est oratio vere contemplativa ac mystica.

In monasterio S. Benedicti eratne oratio in communi alia quam Officium canonicum?

Talis oratio fuisse apparet ex sequenti S. Gregorii narratione: Quidam monachus erat qui ad orationem stare non poterat: sed mox ut se fratres ad studium orationis inclinassent, ipse egrediebatur foras.... Cum,

constituta hora, expleta psalmodia, sese fratres in orationem dedissent, . . . expleta oratione vir Dei oratorium egressus stantem foris monachum repperit, quem pro caecitate cordis sui virga percussit: qui ex illo die . . . ad orationis studium immobilis permansit (Liber Dial. II, 4).

Monet vero S. Benedictus: In conventu omnino brevietur oratio (XX 10): sed inter «Instrumenta» iniungit: Orationi frequenter incumbere (IV 66).

Monet etiam: Ut quidquid agendum inchoas bonum, a Deo perfici instantissima oratione deposcas (PROL. 10).

LABOR.

(*Scil.* OPUS MANUUM et LECTIO.)

Quid statuit S. Benedictus de laboribus vel occupationibus monachorum diurnis?

Otiositas inimica est animae; et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina (XLVIII 1).

Tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut et patres nostri et apostoli (ibid. 19).

Si quis ita negligens et desidiosus fuerit, ut non velit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet (ibid. 53).

Quid sentit S. Benedictus de SS. Scripturis?

Quae pagina aut qui sermo divinae auctoritatis Veteris ac Novi Testamenti non est rectissima norma vitae humanae? (LXXIII 8.)

Quid de scriptis SS. Patrum?

Quis liber sanctorum Catholicorum Patrum hoc non resonat, ut recto cursu perveniamus ad Creatorem nostrum? (ibid. 11: *S. Benedictus opera legebat Augustini, Hieronymi, Leonis at aliorum Patrum, ut ex «Fontibus» apparet; consuli potest* INDEX SCRIPTORUM).

Quosnam auctores, qui de re monastica tractant, praecipue voluit S. Pater suos monachos legere?

Cassiani opera, Vitas Patrum, S. Basilii Regulas: dicit enim:

Collationes Patrum et Instituta et Vitae eorum, sed et Regula S. Patris nostri Basilii, quid aliud sunt nisi bene viventium et obedientium monachorum instrumenta virtutum? (LXXIII 14: cf. XLII 6).

ASCESIS.

Exercitio Virtutum.

Quibusnam capitibus exponitur potissimum ascesis Benedictina?

S. Benedicti schema asceseos spiritalis in **Gradibus humilitatis ascendendis** et in **Instrumentis bonorum operum exercendis** (cc. VII et IV) potissimum continetur:

Ad finem enim capituli VII dicit: His omnibus humilitatis gradibus ascensis, monachus mox ad caritatem Dei perveniet illam quae perfecta foris mittit timorem; per quam universa quae prius non sine formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehennae sed amore Christi, et consuetudine ipsa bona et delectatione virtutum (VII 202).

In initio eiusdem capituli S. Pater innuit se exspectare omnes monachos suos hoc «summae humilitatis culmen» attingere velle (ibid. 14) *scil.* ascendendo omnes et singulos gradus humilitatis.

Ascesis Benedictina invenitur etiam in Instrumentis bonorum operum exercendis, de quibus S. Pater dicit: Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis; quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta et in die iudicii reconsignata, illa merces nobis a

Domino recompensabitur, quam ipse promisit: Quod oculus non vidit nec auris audivit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum (IV 92).

Mortificatio.

In quo potissimum, iuxta mentem S. Benedicti, versatur Mortificatio?

In renuntiatione propriae voluntatis et obedientia.

Quid dicit de renuntiatione propriae voluntatis?

Monachus est qui abrenuntiat propriis voluntatibus (PROL. 7).

Docemur nostram non facere voluntatem (VII 62); eam deserere (V 13); odire (IV 71).

Propriam voluntatem facere prohibemur (VII 57).

Humilis monachus propriam non amans voluntatem, desideria sua non delectatur implere (VII 91).

Nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem (III 18).

Non suo arbitrio viventes, vel desideriis suis et voluptatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio (V 24).

Nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria voluntate (XXXIII 7).

Obedientia.

Quae est doctrina S. Benedicti de obedientia?

Theoriâ: Ac si divinitus imperetur (V 7).

Obedientia quae maioribus praebetur Deo exhibetur (ibid. 36).

Pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori (VII 99).

Actione: Sine mora (V 2).

Moram pati nesciunt in faciendo (ibid. 7).

Relinquentes statim quae sua sunt (ibid. 12).

Mox exoccupatis manibus (V 14).

Quod agebant imperfectum relinquentes (ibid.).

Veluti uno momento praedicta magistri iussio et perfecta discipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambae res communiter citius explicantur (ibid. 17).

Qualis obedientia erit «acceptabilis Deo et dulcis hominibus»?

Si quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut cum murmurio, vel cum responso nolentis efficiatur (ibid. 33).

De quo debent monachi Benedictini inter se certare?

Obedientiam sibi certatim impendant (LXXII 8).

Quem debet Abbas plus amare?

Eum quem in bonis actibus aut obedientia invenerit meliorem (II 48).

Austeritas vitae.

Quae fuit mens S. Benedicti de austeritate vitae monasticae?

Mens eius colligi potest e locis sequentibus:

Rationem agendi sic exponit in Prologo: Constituenda est nobis dominici schola servitii: in qua institutione nihil asperum, nihil grave nos constituturos speramus (PROL. 116).

Licet omni tempore vita monachi Quadragesimae debet observationem habere, tamen quia paucorum est ista virtus, ideo suademus istis diebus Quadragesimae omni puritate vitam suam custodire, omnes pariter neglegentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere (XLIX 1).

Licet legamus vinum omnino monachorum non esse, sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, ut non usque ad satietatem bibamus, sed parcius (XL 13).

Nimis iners devotionis suae servitium ostendunt monachi, qui minus (a) psalterio [*scil.* 150 psalmi], cum canticis consuetudinariis, per septimanae circulum psallunt; dum quando legamus sanctos patres nostros uno die hoc strenue implesse, quod nos tepidi utinam septimana integra persolvamus (XVIII 69).

Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit, ut ad fruges recolligendas per se occupentur, non contristentur; quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut et patres nostri et Apostoli. Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes (XLVIII 16).

Imbecillibus procurentur solatia, ut non cum tristitia officia sua faciant, sed habeant omnes solatia (XXXV 5).

In omnibus officiis monasterii ista sit consideratio, ut quando indigent solatia accommodentur eis (LIII 43).

Servitores ante unam horam refectionis accipiant biberes et panem, ut hora refectionis sine murmuratione et gravi labore serviant fratribus suis (ibid. 20).

Dentur ab Abbate omnia quae sunt necessaria, ut omnis auferatur necessitatis excusatio (LV 38).

Fratribus infirmis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur aut effugentur; quorum imbecillitas ab Abbate consideranda est (XLVIII 56).

Ultimo capite S. Pater opus suum hisce verbis absolvit: Regulam hanc descripsimus, ut hanc observantes in monasteriis aliquatenus vel honestatem morum aut initium conversationis nos demonstremus habere. Ceterum ad perfectionem conversationis qui festinat, sunt doctrinae sanctorum patrum, quarum observatio perducat hominem ad celsitudinem perfectionis (LXXIII 1).

Quisquis ergo ad patriam caelestem festinas, hanc minimam inchoationis Regulam descriptam adiuvante Christo perfice; et tunc demum ad maiora, quae supra

commemoravimus, doctrinae virtutumque culmina Deo protegente pervenies (LXXIII 20).

Haec esse verba non fictae humilitatis sed sincerae veritatis apparebit ex comparatione Regulae Benedictinae cum aliis eiusdem temporis regulis, necnon cum iis quae a Cassiano, a Palladio, ab aliis, de monachis Aegypti narrantur.

Quid dicit S. Gregorius M. de indole S. Regulae?

Scripsit Pater Benedictus Monachorum Regulam **discretione praecipuam** (Dial. II, 36): Quae discretio ex sequentibus locis optime illustrari potest:

Testimonia discretionis matris virtutum sumens, Abbas sic omnia temperet, ut sit et fortes quod cupiant, et infirmi non refugiant (LXIV 47).

Abbas sic omnia temperet atque disponat, qualiter et animae salventur, et quod faciant fratres absque iusta murmuratione faciant (XLI 10).

PARS II: DE VITA COMMUNI ET GUBERNATIONE MONASTERII.

VITA COENOBITICA.

Pro quo genere monachorum Regulam suam scripsit S. Benedictus?

Pro coenobitis; dicit enim:

His [*scil.* aliis generibus] omissis, ad coenobitarum fortissimum genus disponendum veniamus (I 35).

Qui sunt coenobitae?

Primum genus monachorum est coenobitarum, hoc est monasteriale, militans sub regula vel [*i. e.* et*] Abbate (I 2).

---

* *Passim apud S. Benedictum* vel = et (INDEX VERBORUM).

Quid significat hoc verbum «monasteriale»?

Quid voluerit S. Benedictus significare colligi potest ex sequentibus:

In coenobiis degentes (V 26).

Usque ad mortem in monasterio perseverantes (PROL. 128).

Suscipiatur in congregatione, sciens et lege Regulae constitutum, quod ei ex illa die non liceat egredi de monasterio (LVIII 32).

Officina ubi haec omnia [*scil.* Instrumenta bonorum operum] diligenter operemur, claustra sunt monasterii et stabilitas in congregatione [*scil. in communitate coenobii, ut semper apud S. Benedictum* (INDEX VERBORUM)] (IV 99).

Monasterium, si possit fieri, ita debet constitui ut omnia necessaria . . . vel artes diversae intra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis vagandi foris, quia omnino non expedit animabus eorum (LXVI 12).

Quomodo describit S. Benedictus coenobitarum vitam?

Non suo arbitrio viventes,
vel desideriis suis et voluptatibus obedientes,
sed ambulantes alieno iudicio et imperio,
in coenobiis degentes,
abbatem sibi praeesse desiderant (V 24).

PAUPERTAS.

Quid statuit S. Benedictus de paupertate personali monachorum suorum?

Ad professionem, res si quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta sollemniter donatione conferat monasterio, nihil sibi reservans ex omnibus (LVIII 58).

Parentes monachi promittere debent sub iureiurando, quia numquam per se, numquam per suffectam [*i. e.* subrogatam] personam, nec quolibet modo, ei aliquando aliquid dant, aut tribuunt occasionem habendi; . . . ut nulla suspicio remaneat ei, per quam deceptus perire possit (LIX 7).

Ne quis praesumat aliquid dare aut accipere sine iussione Abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem . . . sed nihil omnino (XXXIII 2).

Nec quicquam liceat habere, quod Abbas non dederit aut permiserit (ibid. 9).

Si cui inventum fuerit quod ab Abbate non accepit, gravissimae disciplinae subiaceat (LV 35).

Qua ratione debent et monachi et abbas hac in re agere?

Monachi debent omnia necessaria a Patre sperare monasterii [*scil.* ab Abbate] (XXXIII 8): et vicissim monachis dentur ab Abbate omnia quae sunt necessaria, . . . ut omnis auferatur necessitatis excusatio (LV 38).

Quid de rebus quae non sunt necessaria?

Quod supra fuerit, superfluum est; amputari debet (ibid. 22).

Cuius sunt res quas vel dederit vel permiserit Abbas?

Omnia omnibus sint communia (XXXIII 11).

Quomodo paupertas in vita quotidiana exercetur?

In cura maxima de rebus monasterii adhibenda: Omnia vasa monasterii cunctamque substantiam ac si altaris vasa sacrata conspiciant (XXXI 19: v. FONTES in loc.).

Substantiae monasterii in ferramentis vel vestibus, seu quibuslibet rebus, praevideat Abbas fratres de quorum vita et moribus securus sit, et eis singula, ut utile iudicaverit, consignet custodienda et recolligenda. Ex quibus Abbas brevem teneat, ut dum sibi in ipsa

assignata fratres vicissim succedunt, sciat quid dat aut quid recipit (XXXII 1).

[Servitor] egressurus de septimana sabbato munditias faciat. Vasa ministerii sui munda et sana Cellarario reconsignet; qui Cellararius item intranti consignet, ut sciat quod dat aut quod recipit (XXXV 12)

Si quis sordide aut negligenter res monasterii tractaverit, corripiatur (XXXII 9).

VITIA QUIBUS PRAECIPUE LAEDITUR VITA COMMUNIS.

Quae sunt vitia duo contra vitam communem a S. Patre prae ceteris reprobata?

Proprietas [*scil.* propria possidere] et murmuratio.

Proprietatem enim vocat nequissimum vitium (XXXIII 14).

Et iubet:

Praecipue hoc vitium radicitus amputandum est de monasterio (ibid. 1).

Hoc vitium peculiare radicitus amputetur (LV 37).

De **Murmuratione** vero monet:

Ante omnia, ne murmurationis malum pro qualicumque causa in aliquo qualicumque verbo vel significatione appareat (XXXIV 9).

Hoc ante omnia admonentes, ut absque murmurationibus sint (XL 23).

Quid dicit de murmuratione mere interna?

Cum malo animo si obedit discipulus, et non solum ore, sed etiam in corde si murmuraverit, etiam si impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor eius respicit murmurantem (R -tis, *om* eius), et pro tali facto nullam consequitur gratiam; immo poenam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit (V 41).

GUBERNATIO MONASTERII.

ABBAS.

Quid de officio Abbatis statuit S. Benedictus?

1. Abbas **Christi vices** agere in monasterio creditur (II 3; LXIII 29).
2. Abbas est **Pater Monasterii** — Omnia necessaria a Patre sperare monasterii (XXXIII 8). Est etiam **Pater Spiritalis** monachorum suorum (XLIX 22).

«*Pater Monasterii*» *est designatio usitata pro Abbate in Lib. II (cc. 3, 4, 7 etc.) Dial. S. Gregorii M. — qui liber est fons traditionis Benedictinae omnium antiquissimus et purissimus.*

Quibusnam aliis similitudinibus usus est S. Benedictus loquens de Abbate?

3. Est **Magister** (III 14) quem condecet docere discipulos (VI 15); et quem oportet esse doctum lege divina (LXIV 23).
4. Est **Pastor** gregis (II 15—22), cuius est omni sagacitate et industria currere, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat; ... et Pastoris Boni pium imitari exemplum (XXVII 14).
5. Est **Medicus** sapiens qui debet delinquentibus fratribus unguenta adhortationum et medicamina Scripturarum divinarum exhibere (XXVIII 8; XXVII 4).
6. Est **Dispensator** domus Dei (LXIV 16), quem condecet provide et iuste cuncta disponere (III 14).

POTESTAS ABBATIS.

Qualem potestatem dat S. Benedictus Abbati in monasterio regendo?

Dat ei plenam potestatem patriarchalem: Vidimus expedire propter pacis caritatisque custodiam, in

Abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterii sui (LXV 25).

Audiens consilium fratrum tractet [Abbas] apud se, et quod utilius iudicaverit faciat (III 4).

In Abbatis pendeat arbitrio, ut quod salubrius esse iudicaverit, ei cuncti obediant (ibid. 11).

Cum voluntate Abbatis omnia agenda sunt (XLIX 24).

Vindictae regulari subiaceat qui praesumpserit claustra monasterii egredi, vel quocumque ire, vel quippiam quamvis parvum sine iussione Abbatis facere (LXVII 14).

Nec quicquam licet habere quod Abbas non dederit aut permiserit (XXXIII 9).

Similiter Abbas habet plenam discretionem in cibis, etc.

Quod si labor forte factus fuerit maior, in arbitrio et potestate Abbatis erit, si expediat, aliquid augere [in cibis] (XXXIX 12).

Quod si aut loci necessitas, vel labor aut ardor aestatis poposcerit, in arbitrio Prioris [*scil.* Abbatis] consistat [mensura vini] (XL 10).

De vestimentorum qualitate consideratio penes Abbatem est (LV 5).

Lectisternia pro modo conversationis, secundum dispensationem Abbatis, accipiant (XXII 1).

Culparum et poenarum modus in Abbatis pendet iudicio (XXIV 3; cf. XLIV).

ABBAS RATIONEM DE OMNIBUS DEO REDDITURUS EST.

Quem modum ponit S. Benedictus potestati Abbatis?

Solam Religionem, et quod de omnibus Deo rationem redditurus est:

Semper cogitet Abbas quia animas suscepit regendas, de quibus et rationem redditurus est (II 100).

Sciat Abbas quia qui suscipit animas regendas, paret se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo quia in die iudicii **ipsarum omnium animarum** est redditurus Domino rationem, sine dubio addita et suae animae (II 107).

Memor semper sit Abbas, quia **doctrinae suae** vel **discipulorum obedientiae**, utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque Abbas culpae pastoris incumbere, quidquid in ovibus Paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire (ibid. 12).

Cogitet semper quia de **omnibus iudiciis et operibus suis** redditurus est Deo rationem (LXIII 6: cf. III 25; LXV 53).

POTESTAS DELEGATA: OFFICIALES.

Qui sunt Officiales praecipui qui in Regula nominantur?

Praepositus [*scil.* Prior claustralis, ut vocatur] (LXV), Cellararius (XXXI), Decani (XXI).

Ordinatio Officialum.

Quomodo ordinari debent Officiales?

Sicut S. Benedictus constituit de Praeposito:

Quemcumque elegerit Abbas cum consilio fratrum timentium Deum, ordinet ipse sibi Praepositum (LXV 34).

Similiter Cellararius, Decani, alii, eliguntur ab ipso Abbate, qui potestatem habet eos ab officio amovendi (XXI, *fin.*; LXV, *fin.*).

Relatio ad Abbatem.

Quaenam est relatio Officialium ad Abbatem?

Minime aestimare debent se exutos esse a potestate Abbatis sui (LXV 14).

Praepositus illa agat cum reverentia quae ab Abbate suo ei iniuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem aut ordinationem faciens (LXV 36).

Cellararius sine iussione Abbatis nihil faciat: quae iubentur custodiat (XXXI 7).

Omnia faciat secundum iussionem Abbatis (ibid. 23).

Omnia quae ei iniunxerit Abbas ipsa habeat sub cura sua; a quibus eum prohibuerit non praesumat (ibid. 29).

Si potest fieri per **Decanos** ordinetur omnis utilitas monasterii, prout Abbas disposuerit (LXV 27).

Relatio ad Monachos.

Qualis est potestas Officialium?

Potestas ab Abbate Officialibus delegata vera est:

Praepositus potest imperia dare: Praemisso Abbatis aut Praepositorum qui ab eo constituuntur imperio, cui non permittimus privata imperia praeponi, de cetero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine obediant (LXXI 5).

Similiter habet Cellararius ius discretionem exercendi: Si quis frater a Cellarario forte aliqua irrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet, sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget (XXXI 9: *ex quo liquet Cellararium habere potestatem dandi vel denegandi in rebus quotidianis sine recursu in omnibus ad Abbatem*).

Decani sollicitudinem gerant super decanias suas in omnibus, secundum mandata Dei et praecepta Abbatis sui (XXI 3).

Cellararius curam gerat de omnibus (XXXI 6).

Relatio ad Exteros.

Quid monet S. Benedictus de negotiis cum exteris transigendis?

Si quid ex operibus artificum venumdandum est, videant ipsi per quorum manus transigenda sint, ne

aliquam fraudem praesumant. In ipsis autem pretiis non surripiat avaritiae malum, sed semper aliquantulum vilius detur quam ab aliis saecularibus dari potest, ut in omnibus glorificetur Deus (LVII 8).

Scil. sensus religionis debet in omnibus apparere. Meminisse debent Cellararius et ii qui habent administrationem temporalium, monasterium vocari a S. Patre «Domum Dei» (XXXI 41; LIII 50; LXIV 15): ideo caveant ne umquam illa verba Domini mereantur audire: **Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis** (Ioan. II, 16).

Monita ad Cellararium (Ex c. XXXI).

Fratres non contristet.
Animam suam custodiat.
Nihil ducat negligendum.
Omnia mensurate faciat.
Humilitatem ante omnia habeat.
Cui substantia non est quae tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus.
Aequo animo impleat officium sibi commissum.

MONITA AD ABBATEM.

Ordinatus Abbas cogitet semper quale onus suscepit, et cui redditurus est rationem villicationis suae (LXIV 20).

Sciat quam difficilem et arduam rem suscipit, regere animas et multorum servire moribus (II 87).

Secundum uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam se omnibus conformet et aptet (ibid. 91).

Noverit se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem (XXVII 16).

Ipse Abbas cum timore Dei et observatione Regulae omnia faciat (III 22).

Abbas non conturbet gregem sibi commissum, nec quasi libera utens potestate iniuste disponat aliquid (LXIII 3).

Ipsum provide et iuste condecet cuncta disponere (III 14: cf. «iustitia dictante», II 51).

Omnia faciat cum consilio, et post factum non paenitebit (ibid. 29).

Omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat (II 31).

Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non unus plus ametur quam alius, nisi quem in bonis actibus aut obedientia invenerit meliorem. . . . Ergo aequalis sit ab eo omnibus caritas; una praebeatur in omnibus secundum merita disciplina (II 46, 60).

Omni sollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres. . . . Magnopere debet sollicitudinem gerere, et omni sagacitate et industria currere [*scil.* sicut Pastor Bonus], ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat (XXVII 1, 13).

Cura maxima sit Abbati ne aliquam negligentiam patiantur infirmi (XXXVI 10).

Fratribus infirmis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur aut effugentur: quorum imbecillitas ab Abbate consideranda est (XLVIII 56).

Sic omnia temperet atque disponat, qualiter et animae salventur, et quod faciunt fratres absque iusta murmuratione faciant (XLI 10).

Ante omnia, ne plus gerat sollicitudinem de rebus transitoriis et terrenis atque caducis, quam de salute animarum sibi commissarum (II 97).

Ipsum respicit quidquid a discipulis delinquitur (XXXVI 22).

In omnibus iudiciis suis Dei retributionem cogitet (LV 47).

Abbatis Ratio Agendi (Ex c. LXIV).

Sciat sibi oportere prodesse magis quam praeesse.
Oderit vitia, diligat fratres.
In ipsa correptione prudenter agat, et ne quid nimis, ne dum nimis eradere cupit aeruginem, frangatur vas.
Suam fragilitatem semper suspectus sit.
Prudenter et cum caritate amputet vitia, ut viderit cuique expedire.
Studeat plus amari quam timeri.
Non sit turbulentus et anxius.
Non sit nimius et obstinatus.
Non sit zelotypus et nimis suspiciosus, quia numquam requiescet.
In ipsis imperiis suis sit providus et consideratus.
Sic omnia temperet, ut sit et fortes quod cupiant, et infirmi non refugiant.

VITA QUOTIDIANA. MONITA AD MONACHOS.

Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris (IV 10; LXI 35; LXX 14).

In omnibus omnes magistram sequantur Regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam (III 16).

Nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem (ibid. 18).

Monachus debet a saeculi actibus se facere alienum (IV 22).

Nihil agat monachus, nisi quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla (VII 165).

Nemo perturbetur neque contristetur in domo Dei (XXXI 40).

Ante omnia, ne murmurationis malum pro qualicumque causa in aliquo qualicumque verbo vel significatione appareat (XXXIV 9).

Nihil Operi Dei praeponatur (XLIII 5).

Otiositas inimica est animae; et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina (XLVIII 1).

Omnes supervenientes hospites — (qui numquam desunt monasterio) — tamquam Christus suscipiantur (LIII 1 [35]).

Omnibus hospitibus congruus honor exhibeatur. — Eis occurratur cum omni officio caritatis. — Omnis exhibeatur humilitas. — Omnis exhibeatur humanitas (ibid. 3, 6, 12, 20).

Sacerdotes sciant se multo magis disciplinae regulari subdendos, nec occasione sacerdotii obliviscantur Regulae obedientiam et disciplinam (LXII 6).

Iuniores priores suos honorent: priores minores suos diligant (LXIII 23).

Ubicumque sibi obviant fratres, iunior priorem benedictionem petat. Transeunte maiore minor surgat et det ei locum sedendi (ibid. 33).

Obedientiae bonum non solum Abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi invicem ita obediant fratres, scientes per hanc obedientiae viam se ituros ad Deum. Ergo . . . omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine obediant (LXXI 1).

In omnibus glorificetur Deus (LVII 18).

«Zelus bonus» (Ex c. LXXII).

Infirmitates suas, sive corporum sive morum, patientissime tolerent.

Obedientiam sibi certatim impendant.

Nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alii.

Caritatem fraternitatis caste impendant amore.

Deum timeant.

Abbatem suum sincera et humili caritate diligant.

Christo omnino nihil praeponant.

PARS III: SUMMA DOCTRINAE.

«Iesus Christus heri, et hodie: Ipse et in saecula» (Hebr. XIII, 8).

His verbis comprehendi potest spiritus S. Patris nostri: a Christo enim orditur Regula; in Ipso finitur; Vita Eius et Amor sunt totum propositum monachi.

1. In exordio Regulae definitur scopus vitae monasticae «militare Christo»: —

Ad te mihi sermo dirigitur quisque Domino Christo vero Regi militaturus, obedientiae arma sumis (Prol. 6).

2. Monachus Christum in omnibus videre debet: scil.

In Abbate: Christi enim agere vices in monasterio creditur (II 3).

Abbas ipsius Christi vocatur pronomine, dicente Apostolo: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater (ibid. 5).

Abbas, quia vices Christi creditur agere, Dominus et Abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore et amore Christi. Ipse autem cogitet; et sic se exhibeat ut dignus sit tali honore (LXIII 29).

In Hospitibus: Omnes supervenientes hospites tamquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: Hospes fui, et suscepistis me (LIII 1).

Christus in hospitibus adoretur, qui et suscipitur (ibid. 15).

In Pauperibus: Pauperum et peregrinorum maxime susceptioni cura sollicite exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur (ibid. 30).

In Infirmis: Infirmorum cura ante omnia et super omnia adhibenda est, ut sicut revera Christo, ita eis serviatur, quia ipse dixit: Infirmus fui et visitastis me (XXXVI 1).

Hic citari potest illud «Agraphon», quod omnino secundum mentem S. Benedicti est: **Vidisti fratrem tuum, vidisti Dominum tuum** (Tertul., De Orat. 26).

3. Similiter in omnibus vitae actibus Christum respicere debet monachus:

in abnegatione Christum sequitur (IV 11);

in obedientia Eum imitatur (V 28; VII 94, 101);

in tentatione cogitationes malas ad Eum allidere debet (PROL. 73; IV 58);

per patientiam, usque ad mortem in monasterio perseverans, passionibus Eius participat (PROL. 128);

ad caritatem perfectam amore Eius perveniet (VII 209).

4. Ad Eremitam qui se ferrea catena in specu ligavit, dixit S. Benedictus: «Si servus Dei es, non teneat te catena ferri, sed catena Christi» (S. GREG. M., Dial. III 16).

5. Quantus et qualis esse debeat monachi amor erga Christum, docet S. Pater Benedictus hisce monitis:

Nihil amori Christi praeponere (IV 23):

Nihil sibi Christo carius existimare (V 2):

Christo omnino nihil praeponere, qui nos ad vitam aeternam perducat! (LXXII 13): —

quibus verbis explicit Regula, cum c. LXXIII sit instar Appendicis.

INDEX

LOCORUM S. SCRIPTURAE
SCRIPTORUM
VERBORUM
RERUM
CAPITULORUM REGULAE

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE.

	REG.
GEN.	
XXVIII 12 .	VII 19
XXXIII 13 .	LXIV 45
EXOD.	
XX 12—17 .	IV 4—9
I REG.	
II.	II 75
III	LXIII 13
TOB.	
(IV 16 v. LECTIONES SEL. p. 129)	
PSALM.	
II 11 . . .	XIX 6
VII 10 . . .	VII 47
XIII 1, 2, 3 .	VII 68, 79, 86
XIV 1, 2, 3 .	Prol. 59, 64
4 . . .	Prol. 70, 72, 74, 78
XVII 24 . .	VII 54
45 . .	V 9
XXI 7 . . .	VII 160
XXVI 14 . .	VII 110
XXXI 5. . .	VII 143
XXXIII 10 .	II 106
12 .	Prol. 31
13, 14, 15	Prol. 38, 41
16 .	Prol. 45
XXXVI 5 . .	VII 139
XXXVII 7, 9 .	VII 200
10. .	VII 72
XXXVIII 2, 3	VI 1
XXXIX 11. .	II 23

(PSALM.)	
XLVI 8 . .	XIX 7
XLVII 10 . .	LIII 28
XLIX 16, 17 .	II 38
21 . .	VII 90
L 17 . . .	IX 2; XXXVIII 9
LXV 10, 11 .	VII 120
12 . .	VII 125
LXIX 2 . .	XVIII 1; XXXV 33
LXXII 22, 23	VII 152
LXXV 11 . .	VII 51
LXXXV 17 .	XXXV 30
LXXXVII 16 .	VII 162
XCIII 11 . .	VII 48
XCIV 8 . .	Prol. 27
CIV 21 . . .	LXIV 15
CV 1 . . .	VII 140
CXIII[b] 1 . .	Prol. 79
CXVIII 32. .	Prol. 125
62 .	XVI 9
71 .	VII 163
107. .	VII 200
116 .	LVIII 51
164 .	XVI 1, 7, 11
CXXX 1, 2 .	VII 6
CXXXVI 9 .	Prol. 73; IV 59
CXXXVII 1 .	XIX 8
CXXXVIII 3 .	VII 49
CXXXIX 12 .	VII 174
PROV.	
IV 20	Prol. 1

	REG.
(Prov.)	
X 19 . . .	VI 12; VII 173
XIV 12. . .	VII 64
XV 3 . . .	VII 78; XIX 2
XVI 25. . .	VII 64
XVIII 2 . .	II 81
21 . .	VI 14
XXIII 14 . .	II 82
XXIX 19 . .	II 81
Sap. I 11 . . .	IV 43, 44
III 16 . .	I 16
XI 24 . .	II 73
Ecclus.	
XVIII 17 . .	XXXI 28
30 . .	VII 58; 76
XIX 2 . . .	XL 18
XXI 23. . .	VII 178
XXXII 24 . .	III 29
XLV 19 . .	LXII 3
Isai.	
I 2	II 25
XLII 3 . . .	LXIV 33
LVIII 9 . .	Prol. 47
LXV 24 . .	Prol. 47
Ezech.	
XX 27 . . .	II 25
XXXIII 11 .	Prol. 99
XXXIV 3, 4 .	XXVII 19
Dan.	
XIII	LXIII 13
Matth.	
V 7	LXIV 27
10 . . .	IV 37
39—41 . .	VII 128—131
44 . . .	IV 34; 88
VI 7. . . .	XX 6
10 . . .	VII 60
33 . . .	II 104
VII 3 . . .	II 43
14 . . .	Prol. 123; V 22
24, 25. .	Prol. 85
VIII 8 . . .	VII 197
IX 12 . . .	XXVII 2

	REG.
(Matth.)	
X 22 . . .	VII 109
XI 15 . . .	Prol. 29
XIII 52. . .	LXIV 25
XVI 24. . .	IV 11
XVIII 6 . .	VII 64; XXXI 34
15 . .	XXIII 6
XIX 18. . .	IV 4—9
XXIII 3 . .	IV 75
XXIV 47 . .	LXIV 54
XXV 35 . .	LIII 3
36 . .	IV 17, 18; XXXVI 3
40 . .	XXXVI 4
XXVI 50 . .	LX 6
Marc.	
XII 30, 31 .	IV 1—3
Luc.	
IX 23 . . .	IV 11
X 16 . . .	V 10, 38
XII 48 . . .	II 86
XIV 11. . .	VII 2
XV 4, 5 . .	XXVII 21 sq
XVI 2 . . .	LXIV 21
XVIII 13 . .	VII 197
20 . .	IV 4—9
XXI 34. . .	XXXIX 19
Ioan.	
VI 38 . . .	V 29; VII 94
XII 35 . . .	Prol. 33
Act.	
IV 32 . . .	XXXIII 11
35 . . .	XXXIV 1; LV 44
V	LVII 11
(XV 20, 29 v. Lectiones sel. p. 130.)	
Rom.	
II 4	Prol. 96
11 . . .	II 56; XXXIV 3

	REG.
(Rom.)	
VIII 15 . . .	II 6
36 . . .	VII 114
37 . . .	VII 118
XII 10 . . .	LXIII 38; LXXII 6, 11
XIII 9 . . .	IV 4—9
11 . . .	Prol. 23
1 Cor.	
II 9	IV 96
IV 12 . . .	VII 132; XLVIII 19
V 5	XXV 7
13 . . .	XXVIII 19
VII 4 . . .	LVIII 62
7 . . .	XL 1
15 . . .	XXVIII 20
IX 27 . . .	II 37; IV 13
X 4	Prol. 73; IV 59
24, 33 . .	LXXII 10
XV 10 . . .	Prol. 82
2 Cor.	
II 7, 8 . . .	XXVII 8, 10
IX 7	V 40
X 17 . . .	Prol. 84
XI 26 . . .	VII 131
XII 20 . . .	LXV 16
Gal.	
III 28 . . .	II 54
V 16 . . .	IV 70

	REG.
(Gal.)	
VI 7	LVIII 43
10 . . .	LIII 5
Eph.	
IV 26 . . .	IV 89
VI 14 . . .	Prol. 52
Phil.	
II 8	VII 102
1 Thess.	
I 6	XLIX 15
II 12 . . .	Prol. 55
1 Tim.	
III 13 . . .	XXXI 13
V 20 . . .	LXX 5
2 Tim.	
IV 2	II 65
Tit.	
I 7	IV 38, 39
Iac.	
II 13 . . .	LXIV 26
III 14 . . .	LXXII 1
1 Petr.	
II 17 . . .	IV 9; LXXII 12
III 9	IV 31; 35
IV 11 . . .	LVII 18
13 . . .	Prol. 129
1 Ioan.	
IV 1	LVIII 3
18 . . .	VII 204
Apoc.	
II 7	Prol. 29

INDEX SCRIPTORUM.

Numeri paginarum **typis crassioribus** impressi locos indicant quos S. Benedictus aperte citat.

Nonnulli loci non ut «Fontes» adducuntur, sed ad illustrationem solum modi vel loquendi vel cogitandi quo S. Benedictus usus est: hi uncinis ( ) includuntur.

Reliqui vel «Fontes» vel «Parallela» esse possunt.

Pag.

ACTA SS. AGAPES etc. . . **33**

AMBROSIUS

De paenit. II, 106 . . (5)

De virginibus III 17 . 87

ANONYMUS (?) 3

ANTONII VITA (v. «Vitae Patrum»).

AUGUSTINUS

Ep. CCXI (scil. «Regula S. Augustini» iuxta antiquos)

5 . . . . . 65, 66

7 . . . . . **90**, **52**

9 66

11 . . . 60, **95**, 112, 82

12 . . . . . **95**

13 . . . . . **68**

15 . . . . . **113**, 17

Ep. CXXX 20 . . . 52

De Mor. Eccl. Cath. I 70 84

Quaest. in Hept. III 31 (16)

De Cons. Evang. I 13 . (26)

Enarr. in Psal.

in Ps. XXXIII 9, 16, 17, 18 . . . . . 2, 3

in Ps. CIII 1, 19 . . 62

in Ps. CXXXII 3 . . 11

in Ps. CXXXVI 21 . 5

Serm. XLIX 5 . . . **112**

XCVI 2 . . . 22

Pag.

(AUGUSTINUS)

(Serm.) CCCXL 1 . . **112**

De opere mon.

36 11

37 . . . . . **83**

De Civ Dei.

XIV 6 112

XIX 19 112

C. Parm. II, 13, 31 . . 11

BASILIUS (v. «Regulae»).

CAESARIUS (v. «Regulae»).

CASSIANUS

Institutiones

II 3 . . . . . 41, 103

5 90

7 53

10 . . . . . 47, 52

12 90

16 . . . . . 57, 80

III 3 44

4 . . . . . 40, 46

7 . . . . . 78, 81, 77

IV 3 . . . . . 100 *(bis)*

5, 6 . . . . . **103**

8 . . . . . 123, 25

9 . . . . . **22**

10 . . . . 25, 119, 53

12 . . . . . 77, 25

13 . . . . . **65**

14 97

Pag.

(CASSIANUS)
(Institutiones)
(IV) 15 26
16 . . 82, 80, 81, 95, 97
17 71
19 . . . . . 67, 62
23 124
24 25
30 120
36 102
39 . . . 123, **37**, **38**
V 24 92
36 10
VI 13 . . . . . (5)
VII 7 97
9 . . . 102, 19, 115
X 6 11
7 59
XII 31 120
32 25
Collationes
I. 7 (v. *infra* [1]) . . . 24
II. 4 . . . . . **113**
10. 36
22 52
25 92
26 41
III 15 7
IV 2 52
VI 3 . . . . . **122**
10 123
VIII 16 47
IX 3, 15 52

Pag.

(CASSIANUS)
(Collationes)
(IX) 28 52
36 52
X 5 52
XI 8 39
XII 13 35
16 123
XIV 2 (v. *infra* [2]) . . 29
XVI 6 . . . . . 16, 64
9 17
XVIII 4, 6, 7 . . **9**, **10**
15 124
XIX 7 10
XXI 5 123
14 92
34 124
XXII 7 124
XXIII 6 (v. *infra* [3]) . 52
7 26
XXIV 16 35
25 101
26 . . . . . **26**, 19

CASSIODORIUS.
in Psalm. 5

CLEMENS ROM.
ad Cor. IX . . . . . (121)

CONCIL. GERUNDA
Can. 10 . . . . . (45)

CYPRIANUS
De Orat. Dom. 15 (21), **122**
De Hab. Virg. 17 . . . 60

[1] Ad IV 92 (pag. 24) inter Fontes inserendum: Instrumenta perfectionis (CASSIAN., Coll. I 7).

[2] Ad VII 28 (pag. 29) inter Fontes inserendum: Gradus quidam ita ordinati atque distincti sunt, ut humana humilitas possit ad sublime conscendere (CASSIAN., Coll. XIV 2).

[3] Ad XX 1 (pag. 52) inter Fontes inserendum: Si cum a quolibet sublimi homine . . . supplicamus, . . . de nutu eius trepida expectatione pendemus . . .: quanto magis, cum illi occultorum omnium cognitori . . . supplicamus, . . . intenta atque sollicita oratione iudicantis pietas inploranda est (CASSIAN., Coll. XXIII 6).

Pag.

CURTIUS, Q.
VIII 4, 4 . . . . . (2)

HIERONYMUS
Ep. II 1 60
Ep. XIV 9 . . . . . (16)
Ep. XVI 1 60
Ep. XXII (in qua, §§ 34, 35, mores monachorum Aegypti describuntur) 6 . . . . (5)
15 . . . **1**
34 . . . **9**
35 . **12**, 53, 67, 70, 86
Ep. XXXVII 4 . . . **110**
LIII 8 . . . (12)
LX 7 . . . (113)
LXVI 6 . . . (121)
XCVIII 3 . . . **29**
CXXV 9 . . . 10
CXXX 11 . . . (112)
19 . . . 60
Comm. in Psalm. . . . (5)
Comm. in Ezech. . . . (121)

HILARIUS PICT.
in Psalm . . . . . (5)

HISTORIA MONACHORUM IN AEGYPTO (v. «Vitae Patrum»).

LEO M.
Serm. de Quad. I 2 . **87**
» » » II 1 . **87**
» » » IV 1, 6 . **87**

LUCIFER CALIG.
Mor. esse pro Dei fil. VI (23)

MACARIUS (v. «Regulae).

OPTATUS
VII 1 . . . . . (33)

ORSIESIUS
Doctrina 11 18
» 17 17

PACHOMIUS (v. «Regulae» et «Vitae Patrum»).

Pag.

PALLADIUS
Hist. Laus. 88
» » . . . . (101)

PORCARIUS LIRIN.
Monita (Rev. Bén., Oct. 1909) 77

PORPHYRIUS
Ad Marcell. 22

PSALMODIA LIRIN.
Boll. Acta SS. Ian. tom. I, ad fin. Reg. Caesarii (die 12): etiam ad fin. Reg. Aureliani ad mon. (Holsten. «Cod. Regularum») 43, 44

REGULAE (apud Holstenium «Codex Regularum»: P. L. 103).

MACARII
3 35
11 85
12 . . . . . 55 *(bis)*
14 . . . . . **77**
17 59
18 72
20 93
21 21
23 101
24 . . . . . **103**
26 80

SS. PATRUM I (scil. «Serapionis, Macarii, Paphnutii et alterius Macarii»)
5 15
6 83
7 . . . . . **100** *(bis)*
8 . . . . . 94, 72
12 . . . . . 62, 64
13 107
15 55
16 14

Pag.

(REGULAE)
SS. Patrum II
1 . . . . . 64, 88
Pachomii (latine ab Hieronymo versa)
Praef. § 3 . . . 109
» § 5 . . . 75
6 53
9 78
10 77
30 25
33 71
49 . . . . . 99, 104
51 91
52 95
57 118
66 (v. *infra* [1]) . 64, 68
81 (v. *infra* [2]) . 65, 97
86 118
106 . . . . . 64, 95
125, 131 82
142 89
150 55
158 115
165 55
179 86
190 7
Orientalium Patrum
1 15
25 61
32 . . . 55, 56 *(ter)*
Basilii M. (latine a Rufino versa)
6 100

Pag.

(REGULAE)
(Basilii M.)
7 105
9 . . . . . 74, **96**
12 32
15 12
29 . . . . . **64**
36 69
62 35
65 33
69 118
94 . . . . . **97**
98 15
103 62
106 103
107 89
108 52
192 . . . . . 107, **83**
Admonitio (Rev. Bén., Apr. 1910) . . . 36
Caesarii Arel.
ad Monachos
1 . . 99, 8, **103**, 95
2 65
14 85
15 95
16 65
24 69
ad Virgines
10 . . . . . 79, 53
11 56
16 71
22 112
40 . . . . (95), 96

[1] Ad XXXII 6—8 (pag. 64) et XXXV 17—19 (pag. 68) inter Fontes inserendum: Omnia ferramenta, hebdomade completa, reportabuntur in unam domum; et rursus qui succedunt hebdomade singulis domibus noverint quid distribuant (Reg. Pachomii 66).

[2] Ad XXXIII 8—11 (pag. 65) et LV 19—23 (pag. 97) inter Fontes inserendum: Nemo in cellula sua habeat praeter ea quae . . . a patre monasterii per domorum praepositos dividentur, id est: . . . Praeter haec quidquid inveneris absque contradictione auferes (Reg. Pachomii 81).

Pag.

(REGULAE)
(CAESARII AREL.)
Recapitulatio
8 . . . . 101, (99)
Ep. hort. etc. 14

RUFINUS (v. «Vitae Patrum»).

SALLUSTIUS
Bell. Ing. XIX . . . (12)
Cat. V . . . . . (23)

SEXTUS PYTHAG.
Sententiae **37**

SOSIADES
(v. pag. 130) 24

SULPICIUS SEV.
Dial. I 10 . . **26**, 19, 110
Vita S. Martini 10 . . 65

TERENTIUS
Andria I 1, 34 . . . (112)

TYCONIUS . . . . . (11)

VERBA SENIORUM (v. «Vitae Patrum»).

VERGILIUS
Aen. V 730 . . . . (101)

VITA ANTONII, VITA MACARII ROM., VITA PACHOMII } v. «Vitae Patrum»

VITAE PATRUM
(editio Heriberti Rosweyd, 1616: P. L. 73)
Lib. I: VITAE
Vita Antonii (latine ab Evagrio versa)
13 (*al* 14) . . 21
25 (*al* 50) . . 84

Pag.

(VITAE PATRUM)
(Lib. I)
Vita Macarii Rom.
2 . . . . . **102**
Vita Pachomii (latine a Dionysio Exiguo versa)
25 . . . . . **100**
28 64
Lib. II: HISTORIA MONACHORUM IN AEGYPTO (latine a Rufino versa)
1 . . . . 52, 84, 91 (*bis*)
2 . . . . **117**, 91
3 71
7 . . . . **90**, 11
9 91
17 . . . . **117**, 92
31 . . . . 29, 1
Lib. III: VERBA SENIORUM
6 51
170 62
196 22
206 35
Lib. V: VERBA SENIORUM
1 9 1
IV 31 . . . . . **74**
XI 29 123
XIV 10 11
15 1
Lib. VII: VERBA SENIORUM
XXXII 3 36
XXXV 1 22

INDEX VERBORUM.

In INDICE VERBORUM conficiendo prae oculis habui desideria monachorum: philologi recursum habere possunt ad Indicem qui in editione Wölfflin ana invenitur. Non omnia verba, sed ea quae usibus monachorum aptiora videbantur, includuntur; nec ea quae in citationibus S. Scripturae continentur. Quoad verba TYPIS CAPITALIBUS impressa consulendus est INDEX RERUM.

A, ab *cum ablativo comparationis* Prol. 49 II 59 V 3 X 9 XVIII 70 XLIX 11 (v. p. 139) LV 28; *cum casu accusativo* XLI 13 et passim (INDEX apud Wölfflin)
ABBAS
abbates vicini LXIV 13
abrenuntiare propriis voluntatibus Prol. 7
abscisionis ferrum XXVIII 18
abstinere XXXVI 20 XXXIX 24
abstinentia XL 8 XLIX 9 13
acceptabilis V 32
acceptio personarum II 57 XXXIV 4
accipere XXXIII 3 XXXV 21 LIV 4 LV 17 24 26 29
acediosus XLVIII 42
acer XXVIII 3 XXX 6 LXIX 8
Actus Apostolorum LV 43
actus boni vel mali Prol. 14 53 57 II 21 48 VII 18
acus LV 40
adhortatio abbatis XXVIII 9
administrare monasterium LIII 50
admonere XXIII 6 XXXIII 15 LXII 19 LXV 45
admonitio II 77
adolescentes XXII 15 XXX 3 LXIII 40
adorare LIII 15
adulari LXV 21
aedificare audientes XXXVIII 29 XLII 7 XLVII 8; hospites LIII 20
aedificatio VI 9 XXXVIII 21
aegritudo XXXV 2
aegrotus XXXIX 25
aerum temperies LV 2
aestas (dispensationes propter ardorem) XL 11 XLI 5 8 LV 8
aetas XXX 1 XXXVII 2; minor XXXIX 20 LIX 2 (XXX 3 LXIII 44 LXX 7); fortior LXX 10; (non discernat ordines) LXIII 12 21
agenda, -ae, *vel* **agenda, -orum**
agere officium canonicum (hora sexta agente XLVIII 9, v. p. 138)
alleluia
altare
Ambrosianus (hymnus)
amen
LITURGICA
ager (labor) XLI 4 8
alimenta XXXVII 6

amare II 47 VII 92 LXIV 37
amor Dei VII 100; Christi IV 23 88 VII 209 LXIII 31; fraternitatis LXXII 11
amputare LV 23 LXIV 35; radicitus II 75 XXXIII 1 LV 37
anachoreta I 4
analogium IX 12
Ananias LVII 11
angelus VII 21 XIX 11; angeli custodes VII 44 82
animarum cura v. cura
animus: aequo an. XXXI 37; bono an. V 39; malo an. V 41
annona XXXI 32 XXXV 21
antiphona (antefana) LITURGICA
anxius LXIV 38
Apocalypsis XII 7
apostoli XLVIII 20
Apostoli lectio IX 26 XIII 20
aqua LIII 25 LXVI 14
arbitrium (abbas) III 11 XXXIX 13 XL 11 LXV 27; suum V 24
ardor aestatis XL 11
arduus II 88
arguere II 69
arma obedientiae Prol. 9
ars XLVI 3 XLVIII 57 LVII 2 4 6 LXVI 14; spiritalis IV 92
artifex LVII tit. 1 8
asper Prol. 118 LVIII 17
assignatus XXXII 7 LIII 48
auctoritas divina S. Scripturae IX 19 LXXIII 9; regulae XXXVII 3
auditus malae rei LXVII 10
augmentatio II 95
avaritia XXXI 21; av. malum LVII 16

Baiulare II 56
balneae XXXVI 14
Basilii Regula LXXIII 16
benedicere, benedictio } LITURGICA
biberes *(subst. pl.)* XXXV 22 (binas biberes *in Reg. Caesarii ad Mon.* 22)
BIBLIOTHECA
blandimentum II 67 90
bonum obedientiae LXXI 1 (cf. malum)
bracile LV 40
breviare XI 31 XX 11
brevis *(subst.)* XXXII 6
brevis oratio XX 8

Caducus II 100
caedere LXX tit. 4
calciarium LV tit.
calidae regiones LV 4
caliga LV 10 40
candela XXII 7
canere, cantare, canonicae horae, canticum, cantor, capitulum } LITURGICA
capax II 32
capitale LV 32
caput Quadragesimae XV 4 XLI 14 XLVIII 23 38; a capite (= ab initio) XVIII 68; in capite (= principaliter) LXV 23
caritas Prol. 121 II 61 IV 28 VII 203 XXXV 11 LIII 7 LXI 8 LXIV 35 LXV 26 LXVI 10 LXVIII 11 LXXI 9 LXXII 11 13
caro v. desideria.
carnium esus XXXVI 17 19 XXXIX 22
(Cassianus) XLII 6 13 LXXIII 14
castigatio corporis II 80 IV 13
castitas IV 80 (LVIII 62)
castus LXIV 25
Catholici Patres IX 22 LXXIII 12
celare abbati, non VII 137

cella = monasterium I 29; dormitorium XXII 8
c. novitiorum LVIII 10 24
c. infirmorum XXXVI 12
c. hospitum LIII 47 LVIII 9
c. ostiarii LXVI 4
CELLARARIUS
cellarium XLVI 2
celsitudo perfectionis LXXIII 7
cena XXXIX 10 XLI 20 XLII 5
cenare XXXIX 10 12 XLI 2
certatim LXXII 9
chorus LITURGICA
Christus v. MEDULL. DOCTRINAE (p. 168—169)
cibus (*gen.* cibus XXXIX tit.) XXIV 10 XXV 10 13 XLIII 43 44 XLIX 16
cingulum XXII 9
circumire XLVIII 40
clamosus VII 183 LII 8
claustrum IV 100 LXVII 15
clericus LX 16 LXI 29
cocta pulmentaria XXXIX 3 6
codex IX 11 18 X 4 XI 6 XXXIII 5 XXXVIII 2 XLVIII 36 38
coena v. cena
coenobita I 2 35
coenobium V 26
coercere II 81 XXX 7 LXIX 8
cogitationes I 12 IV 58 VII 39 45 52 135.
Collationes Patrum v. **Cassianus**
colloquium XXV 4
color vestimentorum LV 11
comestio carnium XXXIX 24
commemoratio
Communio (S. Eucharistiae) } LITURGICA
commendatitiae literae LXI 34
commissum (= negotium) XLII 17
commotus LXXI 15
competentes horae XXXI 38 XLVII 4 L 2; (cf. incomp. horae XLVIII 49)
complere
completorium } LITURGICA
compunctio XX 7 XLIX 9
concedere VI 11 XXXVI 16 18 LX 7 16
CONCILIUM SENIORUM
concordare XIX 12
concors LXIV 3
CONFESSIO
congregatio (*scil.* societas monachorum in monasterio degentium) III 2 IV 101 XVII 13 XXI 1 XXXI 1 5 35 XXXV 8 9 XLVI 7 LIII 27 LVIII 32 54 58 LXI 21 LXII 13 LXIII tit. LXIV 3 5 8 9 LXV 6 32 50 LXVI 19
congruus XXIV 13 XLIII 49 LIII 4
consanguinitas LXIX 4
considerare XLVIII 60 LV 43 45
consideratio VIII 2 XXXIV 4 (infirmitatum) XXXVII 6 (pia) LIII 44 LV 5
consideratus LXIV 41
consignare XXXII 5 XXXV 18; v. reconsignare
consilium III; LXIII 16 LXIV 5 10 LXV 35
consolari XXVII 8
consortium XXIV 6 XXV 4 XLIII 38
constituere (S. Benedictus) Prol. 116 XXI 15 LXX 2; (abbas) II 9 XLIII 13 LXI 26 LXIII 3 8
constitutae horae L 7
consuetudo VII 207 209 XIII 7 LIII 24 LXI 4: v. LITURGICA
contagiare XXVIII 21
contemnere II 71 VII 35 LXXI 19

contemptor XXIII 4 LXV 44
contendere cum abbate III 21
contentiosus LXXI 10
contentus VII 149 LXI 3 6
contradicere LXVIII 8
contrarius VII 105 113 XXIII 3
contristare XXXI 8 10 40 XXXIV 6
contumacia LXII 22
contumax XXIII 1 LXXI 20
conturbare LXIII 4
conversatio (= vita monastica, cf. *πολιτεία*) Prol. 124 I 5. 33 XXI 2 XXII 2 LVIII 1 LXIII 2 LXXIII 3 5; conversatio morum LVIII 39
(conversio v. p. 141)
converti II 49 LXIII 17
convocare III 2
coquina XXXV tit. 2 10 XXXVIII 26 XLVI 1 LIII 34 37
cor Prol. 105 IV 58 V 42 44 VII 54 135 187 194; cordis affectus VII 159; auris Prol. 1; compunctio XLIX 9; conspectus Prol. 72; intentio LII 9; puritas XX 6; voluntas III 19; duri corde VI 34; ex corde (memoriter) IX 26 XII 7
corporalis vindicta XXIII 11 LXXI 19 (II 80)
corpus Prol. 105 IV 13 VII 187 XXXIII 7 XLIX 16 LXXII 7; corporis potestas (castitas) LVIII 62; castigatio II 80; corpus monasterii LXI 17
correptio XXVIII 3 XXXIII 17 XLVIII 47 LXIV 29 LXV 46
corrigere = se corrigere XXIII 9 XXVIII 5 XLV 5 LXII 19 LXV 47
corripere II 72 78 XXI 11 XXVIII tit. 1 XXX tit. XXXII 10 XLIII 36 XLVIII 46 LXXI 10 12
cuculla LV 7 8 20 27 39
culmen (virtutum) VII 14 LXXIII 25
CULPAE
cultellus XXII 9 LV 40
cura (abbas) II 21 27 109 XLVII 2; animarum XXVII 16 (II 89 97—116); delinquentium XXVII 1; infirmorum XXXVI; pauperum LIII 31; (cellararius) XXXI 6 16 30
curiose LVIII 13
currere Prol. 57 XLIII 3; (abbas) XXVII 15
curta vestimenta LV 16
custodia puerorum LXIII 42 LXX 8
custodire regulam LVIII 31

Daniel LXIII 14
dare (abbas) XXXIII 10 LV 38
debiles XXXVI 18 XXXIX 25
DECANI
decania XXI 4
decernere (abbas) XLIV 12
defendere III 10 XXVIII 6 LXIX tit. 2
degradare LXIII 16
deicere XXI 13 LXV 48
deificum lumen Prol. 25
deiungere (*al* disiungere) XLVIII 28
delectatio virtutum VII 210
delicatus XLVIII 56
delinquentes II 73 XXVII 2
delinquere XLVI tit. 4 8
desiderium I 22 V 24 (27) VII 74 92 LX 17; d. spiritale XLIX 18; desideria carnis IV 70 VII 41 70
desidiosus XLVIII 53 LXXIII 19
de sub (*al* desub) LVIII 35
Deus v. Opus Dei
Deuteronomium, canticum } LITURGICA

devotio XVIII 69 XX 5
diabolicus LIII 11
diabolus Prol. 70 I 7 LIV 11 LVIII 68
diaconus LXII 1 (*acc.* diaconem, v. p. 142)
digestus VIII 5 XVIII 50
dignus (abbas) II 1 LXIII 33 LXIV 15
diligens XXXVI 14
diligentia (abbas) II 20
diligere abbatem LXXII 13; iuniores IV 87 LXIII 24; fratres abbas LXIV 28
diocesis LXIV 12
directaneus psalmus } LITURGICA
directum, in }
dirigere (in viam) L 6 LI 1 LV 25 LXVII tit. 1
discernere II 46 59 LXIV 43
disciplina = vita spiritalis VII 29
= observantia monasticae vitae II 62 LVI 6 LXII 9 LXIII 22 41 43 LXX 8; regularis LX 10 LXII 6
= correctio paenitentialis XXIV 2; regularis III 22 XXXII 11 LIV 12 LXV 47 LXX 12; districtior XXXIV 12; gravissima LV 36
discipulus II 11 13 30 32 35 III 13 V 18 39 41 VI 10 16 22 XXXVI 23
discretio LXIV 44 48 LXX 12 (XLI 10—13)
discussio futura apud Deum II 15 114
dispensatio abbatis XXII 3
dispensator domus Dei LXIV 16
disponere (S. Benedictus) I 36 XI 3; (abbas) III 15 XLI 11 LXIII 5 LXV 30
dissensiones LXV 6 17 20
distollere (*al* ext.) XLVIII 45
districtio Regulae XXXVII 5
districtior disciplina XXXIV 12
diurnus LITURGICA.
divinitas VII 43 XIX 10
divinitus V 7
divinus: S. Scriptura VII 1 XXVIII 10 XXXI 33; auctoritas S. S. IX 19 LXXIII 9; lex LIII 20 LXIV 24; opus (= opus Dei) XVI tit. XIX 5; officium XLIII 1; gratia XX 9; tremor L 5; lectio XLVIII 3
docere (abbas) II 9 36 VI 15
doctrina Dei Prol. 128; abbatis II 10 13 30 63 LXIV 6 v. sapientia
doctus in lege divina (abbas) LXIV 24
dominica dies: oratio LITURGICA
dominicus Prol. 116 I 21
dominus (abbas) LXIII 30
domus Dei (*scil.* monasterium) XXXI 41 LIII 50 LXIV 15
donatio LVIII 60
dormire XXII; XLIII 20 LVIII 11
DORMITORIUM
durus II 33 78 VII 105 LVIII 17

Ebrietas XL 13
ecclesia Romana XIII 18
edax, multum IV 40 XXXI 3
effugere XLVIII 59
egredi de monasterio XXIX 1 3 LVIII 34 68 (cf. ingredi LVIII 22 27); claustra LXVII 16
elatio IV 85 XXXVIII 7 LXII 4 LXV 43
elatus Prol. 76 XXVIII 6 XXXI 3
electio LXII 13
eligere XXI 1 6 8 XXXI 1 LXII 2 LXIV 5 6 11 LXV 34

eloquium IV 61 VI 6 10 22
emendare II 118 IV 69 V 48 XXI 12 XXIII 7 XXVIII tit. 3 XXXII 11 XXXIII 16 XLIII 18 23 36 XLVIII 47 LXII 21 LXV 46
emendatio Prol. 120 II 117 XXIX 3 XLIII 40 48 XLVI 10
episcopus LXII 19 LXIV 12 (LXV 8)
eremita I 5
erigere LVII 5 (v. p. 140)
esus carnium XXXVI 17
eulogia LIV 3
Evangelia XI 23 XII 8 XIII 22
evocatio divina VII 29
evolvere (*al* rev.) VII 38
excommunicare XLIV tit. 2 20 LI 6 LXX 3; excommunicatus XXVI tit. 2 XXVII tit. XXVIII 2 LXX 3
excommunicatio XXIII tit. 10 XXIV tit. 1 XXVI 4 XXVIII 11 XXX 4
excusatio XXII 19 LV 42 (LXVI 20)
excutere LVIII 35; risus excussus IV 64
exemplum VII 167 LX 12 LXI 23
exire de monasterio XXIX tit. 6
exoccupatis manibus V 14
exordinationes LXV 17
expellere de monasterio LXXI 21
expenso psalmo XVIII 21
explicitus (*al* expletus) LII 10
expositio LITURGICA
extolli XXXIV 7
extremitas VII 149
exuere LVIII 64 69

Fabulis vacare XLIII 21 XLVIII 43
factum Prol. 93 II 3 31 34 36 IV 79 V 16 45 VII 42 94; factorum opera VII 83
fallor, fallitus XLV tit. 2
femoralia LV 25
feria LITURGICA
ferramentum XXXII tit. 1
fervor novitius I 6; aestatis XLI 8; caritatis LXVI 10
festinanter LXVI 10
festinare XXII 13 LXXIII 5
festinatio XLIII 3
festivitas LITURGICA
fides Prol. 52 125
firmare stabilitatem LXI 12
fletus (in oratione) XLIX 8 (v. lacrimae)
fluctuans frater XXVII 7
fortes LXIV 49; fortior aetas LXX 10; fortior (*ie.* prolixior) psalmus XVIII 45; fortissima arma obedientiae Prol. 9; fortissimum genus mon. I 35
fragilitas LXIV 32
frangere XLVI 4; ieiunium LIII 22
frater, fratres *scil* monachi *passim*
fraternitas LXXII 11
fraus LVII 10 14
frigidae regiones LV 3
fruges XLVIII 17
funis XXII 9

Gehenna Prol. 109 IV 51 V 5 VII 35 208
genera monachorum I
genu XXXV 27 L 5
gerere curam XXVII 1 XXXI 6 17; sollicitudinem II 99 XXI 4 XXVII 13
Gloria Patri LITURGICA
gradus humilitatis V 1 VII 28 *et passim*; sacerdotii LXI 28; = locus in congregatione XXIX 4
graphium XXXIII 6 LV 40

